
Lapo *d'*Andrea *è posto ad imparare l'arte presso* Bindo *di* Cennino, *pittore da Pesciola, dimorante in Firenze.*

Archivio, Rogiti e Protocollo detti.

Actum Florentie, presentibus testibus *Francisco Frucii* pop. sancti Laurentii, et *Donato Landi* pop. S. Martini de Vespignano.

Andreas olim *Mei* pop. sancti Petri maioris posuit *Lapum* filium suum ad standum cum *Bindo Cennini* de Pesciola pittore commorante in populo Sancte Reparate ad adiscendum et operandum cum eo dictam artem pittorum in termino duorum annorum initiatorum in calendis proximis mensis Januarii, pro salario dictorum duorum (*annorum*), librarum xviij flor. parv. de quibus habuit, ut dixit, libr. iiij et sol. xvij a dicto *Bindo*: vocans se inde contentum, promisit eidem *Bindo* se fatturum, quod ipse *Lapus* stabit cum dicto *Bindo* et omnia faciet et operabit quecumque sibi ab eo precepta fuerint circa artem, quam alia opportuna et negotia ipsius licita et honesta per dictum tempus: et interim non discedet, sed si scioperaret, restaurabit etc.

N.° 39 1324, 15 di febbraio

Andrea *di* Riguardo *e* Tondino *di* Guerrino, *orefici Senesi*, *domandano a* Gelino *di* Geri, *orefice fiorentino*, *il resto del prezzo d'un calice d'argento vendutogli.*

Archivio di Stato in Firenze.
Archivio della Mercanzia. Libro di Petizioni al banco dell'Uffiziale del 1324.
N.° 1041, c. 194.

dic xv februarii.

Coram vobis Ser *Saccho* offitiali predicto (*Universitatis Mercatorum*) *Andreas Riguardi* de Senis pro se ipso et vice et nomine *Tondini Guerini* socii sui de Senis exponit, quod *Gelinus Gerii* aurifex de Florentia est debitor dietorum *Andree* et *Tondini* sociorum in libris quatuor et sol: quatuor et den: ij ad florenos ex maiori summa, pro residuo precii cuiusdam calicis de argento quem dictus *Andreas* uendidit et tradidit pro se ipso et nomine dicti *Tondini* socii sui, dicto *Gellino*. Et quod dictus *Gellinus* cessavit et cessat eidem recipienti dicto nomine solvere et satisfacere dictas pecunie quantitates in eorum preiudicium et gravamen, a dicto *Andrea* pluries requisitus. Quare facto sic exposito, petit dictus *Andreas* dictum *Gellinum* cogi et compelli ad reddendum dictas pecunie quantitates.

N.° 40 1324, 17 di Settembre

Domanda di Lazzarino *di* Luporo (1), *pittore lucchese*, *dimorante in Firenze*, *contro* Duccio *di* Corso, *intagliatore di fusti di selle da cavalli*, *per la restituzione di una somma di denaro.*

Archivio e Libro detti.
N.° 1039 - 183.

Die lune xvij mensis septembris.

Coram vobis ser *Saccho* offitiali Vniversitatis mercatorum et mercantie civitatis Florentie, exponit *Lazarinus* olim *Lupori* pictor de exititiis guelfis civitatis Lucane et olim de dicta civitate Lucana, qui hodie moratur Florentie in populo Sancte Reparate siue S. Laurentii, quod *Duccius* olim *Cursi* de la Lastra districtus Florentie, incisor frustorum ad faciendum sellas equorum, locavit se et operas suas, et posuit cum dicto *Lazarino* iam est annus et ultra ad faciendum certa frustra ad faciendum et construendum sellas equorum: et quod dictus *Duccius* habuit et recepit a dicto *Lazarino* libras tredecim et sol. iiij flor. parv. inter florenos auri et grossos de argento adscendentes quantitatem predictam pro emendo lignamina causa construendi dicta frustra. Et quod dictus *Duccius* aufugit et

(1) Questo Lazzarino di Luporo è certamente il padre di Paoluccio di Lazzarino pittore, del quale si hanno alcune memorie negli scrittori delle Arti lucchesi.

absentavit a civitate Florentie cum dictis denariis *Lazarini* predicti, cessando sibi facere quod promisit, in grave dapnum dicti *Lazarini*; et quod *Feus* factor dicti *Duccii* tempore dicte locationis et conducte facte de dicto *Duccio* cum dicto *Lazarino*, promisit et convenit dicto *Lazarino* eundem *Lazarinum* conservare indepnem et sibi satisfacere de omni dapno et interesse, quod dictus *Duccius* daret et faceret *Lazarino* predicto ad requisitionem *Lazarini* predicti. Quare petit dictos *Duccium* et *Feum* condepnari per vos et vestrum officium fuisse et esse debitores dicti *Lazarini*.

N.° 41. 1328, 6 di dicembre

Silvestro *di* Cambio *si alloga per tre anni con* Jacopo *di* Cionino *sellaio*, *a fare*, *lavorare ed ornare le selle d' osso con figure di leoni*.

Archivio de' Contratti di Firenze.
Rogiti di ser Parente Bencivenni, Filza dal 1325 al 1333, c. 78.

Actum Florentie presentibus testibus – *Nerio* quondam *Jannis* spetiario pop. S. Marie Nipotecose et *Lapo* quond. *Vannis* pop. S. Michaelis Vicedominor.

Siluester filius quond. *Cambii* pop. Sancte Marie Nouelle locavit et se pacto posuit cum *Jacobo Cionini* sellario pop. S. Michaelis in Palchetto, cum pactis et conditionibus infrascriptis, in termino duorum annorum proxime futurorum incipiendorum in kalendis mensis Januarii proxime venturi, ad faciendum et laborandum et ornandum sellas de osse ad figuras, et de figuris leonum vel alias figuras relevatas; et promisit et convenit dictus *Siluester* dicto *Jacobo* toto dicto tempore et termino stare cum dicto *Jacobo* ad laborandum et faciendum ipsas sellas bene et diligenter, bona fide sine fraude, toto suo posse: et versa vice dictus *Jacobus* promisit et convenit dicto *Silvestro* dare et solvere eidem *Silvestro* pro qualibet huiusmodi sella, quam ipse *Silvester* sic modo predicto laborabit et ornabit, tres florenos auri et dimidium alterius floreni auri incontinenti, postquam ipsam sellam huiusmodi sic laboratam et ornatam compleverit.

N.° 42. 1330, 25 di settembre

Compagnia all' arte delle coperte di cuoio da cavalli di gesso e dipinte, *fatta tra* Matteo Rosselli, Chiaro *di* Michele *e* Bartolo Gioggi, *pittori fiorentini*, *da una parte*; *e* Pasquino *di* Cenni *pittore da Siena*, Landuccio *e* Duccio *di* Falcone, *pittori lucchesi*, *e* Vanni *di* Mino *detto* Pilorcio, *pittore da Siena*, *dall' altra parte*.

Archivio detto.
Rogiti di Ser Parente di Bencivenni-Cassetta. Filza dal 1325 al 1333, c. 107 *verso*.

Actum Florentie, presentibus testibus ad hec uocatis et rogatis *Vgholino pieri* et *Agevole Corsi* populi Sancti Michaelis Vicedominorum de Florentia et aliis.

Macteus Rosselli pictor populi sancti Laurentii, *Chiarus* quondam *Michelis*, populi Sancti Michaelis Vicedominorum, et *Bartholus Gioggi* pop: Sancti.... pictor, ex una parte; et *Pasquinus Cennis* pictor de Senis qui moratur Florentie in dicto populo sancti Micchaelis Vicedominorum pro se ipso et suo nomine proprio ac etiam suo proprio et privato nomine pro se obligans pro *Landuccio* et *Duccio* fratribus et filiis quondam *Falconis* de Lucha, qui hodie morantur in populo Sancti Laurentii, et pro *Vanne Mini* uocato *Pilorcio*, dicti populi Sancti Michaelis Vicedominorum, sotiis ipsius *Pasquini*, pro quibus de rato promisit etc., ex parte altera; contraxerunt et fecerunt inter se et sibi ad invicem et vicissim sotietatem spetialiter et nominatim de infrascriptis rebus infrascripto modo, in arte et de arte pingendi cum infrascriptis modis et pactis, tenore et conditione, videlicet:

In primis quod dictus *Pasquinus* pro se ipso et predictis suis sotiis teneatur et debeat ponere et mictere ad presens in dicta sotictate et corpore dicte societatis tria paria couertarum de corio releuato cum testeriis actis ad fulciendum equum (*sic*), que uulgariter vocantur et appellantur inter eos *couerte da uantaggio rileuate chon gesso*; et quod predicti *Mactens*, *Chiarus* et *Bartholus* teneantur et debeant ad praesens mictere et ponere in dicta sotietate et corpore dicte sotietatis duo paria similium couertarum consimilis ualute et pretii. Et hanc sotietatem de dictis couertis durare et valere voluerunt predicte partes hinc ad unum annum proxime uenturum ad minus, et etiam tanto tempore ultra plus, si dicta quinque paria dictarum couertarum, ut dictum est, per dictas partes ponenda ad presens in dicto corpore dicte societatis, non uenderentur uel uendi non possent. Et quod etiam quelibet pars possit et sibi liceat intra dictum tempus vnius anni mittere et ponere in dicta sotietate et corpore dicte sotietatis quot paria uoluerint de dictis couertis ad rationem predictam et modo predicto, prout quamlibet partem tangit modo predicto, videlicet, quando dictus *Macteus* et sotii micterent et ponerent duo paria; predicti *Pasquinus* et sotii teneantur et debeant mictere et ponere tria paria et e conuerso. Et quod predicte partes possint et debeant ipsas covertas quam citius commode poterunt uendi seu uendi facere, et pecuniam et pretium ex ipsis percipiendum possit et debeat per ipsas partes dividi et sortiri, et de ipso pretio et pecunia possint et debeant predicti *Pasquinus* et sotii percipere tres partes, predicti *Mactheus* et sotii reliquas duas partes de ipsis quinque partibus. Item quod predicte partes teneantur et debeant ponere et mictere de pretio et pecunia percipienda de huiusmodi couertis ut dictum est, per eos vendendis, duos florenos auri de quolibet et pro quolibet pario ipsarum couertarum, que sic uenderentur ut dictum est, in quadam capsa duas claues habente; quarum clavium unam teneat dictus *Pasquinus* et aliam dictus *Mactheus*, et postea quando voluerint saltem duabus vicibus in anno dictam capsam debeant et possint aperire et pecuniam que tunc ibi erit invenientes

dividere et sortiri et de ipsa facere septem partes, quarum quattuor debeant et habere et percipere possint dictus *Pasquinus* et sotii, et reliquas tres partes predicti *Mactheus* et sotii. Item quod dicte partes et quilibet dictarum partium possit et eis liceat ire et mictere ad uendendum et uendere extra civitatem et comitatum Florentie quecumque laboreria eorum artis voluerint et inde facere quicquid voluerint, non obstantibus supradictis; dum tamen primo et ante omnia faciant et observent inter se omnia suprascripta per eos promissa, etc. etc. etc.

N.° 43. 1331, 7 di giugno

Andrea *di* Neri, *pittore aretino*, *promette di dipingere un altare colle sue pertinenze in una cappella della Pieve d'Arezzo.*

Archivio detto. Rogiti di Ser Astoldo di Baldinuccio d'Arezzo. Protocollo dal 1331 al 1332.

Andreas pictor olim *Nerii* promisit presbitero *Goro Isacci* capellano plebis sancte Marie in capella Jacobi olim Pauli pingere altare ipsius capelle noviter constructum in dicta plebe et pertinentia ipsius altaris, secundum infrascriptum modum, incipiendo ipsum opus usque ad perfectionem ipsius operis, non adsumendo aliud laborerium. Et hoc facere promisit pro pretio et salario quatuo. floren. auri: de quo pretio confessus est se recepisse duos florenos auri a dicto presbitero *Goro*. Reliquos vero duos florenos auri prefatus presbite, *Gorus* promisit dicto *Andree* solvere statim dicto opere completo et perfecto.

N.° 44. 1331, 2 d'agosto

Corso *di* Giovanni *si pone ad imparare la pittura da* Duchino *di* Niccoluccio, *pittore lucchese*, *dimorante in Firenze.*

Archivio detto. Rogiti di Ser Parente Bencivenni. Filza dal 1325 al 1333, c. 147.

Actum Florentie, presentibus testibus ad hec vocatis et rogatis *Martino Bolgie* de Podiouento et *bonuccio ridolfi* pop. S. Michaelis Vicedominorum, et ser *Bernardo benciuennis* et aliis.

Corsus filius quondam *Johannis* pop. S. Micchaelis Vicedominorum, pacto se posuit cum *Duchino* quondam *Niccholuccij* dicti populi, pictore, ad adiscendam artem pingendi, et sibi serviendi in dicta arte in termino vnius anni intrati in kalendis presentis mensis augusti. Qui *Corsus* promisit dicto *Duchino* eidem servire in dicta arte et laborerio et pingere de laborerio et misterio dicte artis de die et de nocte, et sibi obedire et ab eo non discedere sine eius licentia usque ad dictum terminum, et res et bona dicti *Duchini* salvare et custodire bona fine sine fraude, ac etiam *Junta* frater dicti *Corsi* et filius quondam dicti *Johannis* dicti populi, ex certa scientia et non per errorem et sciens se non teneri et volens teneri, promisit dicto *Duchino* se facturum etc., quod dictus *Corsus* predicta omnia faciet etc. Et dictus *Duchinus* promisit dare et soluere eidem *Corso* pro eius salario et mercede dicti anni, libras viginti tres flor. parvorum etc.

N.° 45. 1331, 1 di marzo

Pagamento a M.° Agostino *di* Giovanni *da Siena ed a* Giovanni *suo figliuolo d'una parte del prezzo pel lavoro di una cappella nella Pieve d' Arezzo.*

Archivio detto. Rogiti di Ser Astoldo di Baldinuccio d'Arezzo. Protocollo dal 1331 al 1332.

Magister *Augustinus Johannis* de Senis et *Johannes* eius filius fuerunt confessi se habuisse a presbitero *Goro* cappellano Plebis decem libras et XI sol. pis. de summa XXVIJ librar. quas debent ab eo recipere de laborerio capelle ipsius presbiteri *Gori*: de quo laborerio fuerunt in concordia cum eo et *Jacopo Ghini* et *Finuccio Vbertini* : quod laborerium promisit perducere ad effectum hinc ad Pasca Resurrectionis.

N.° 46. 1333, 8 di giugno

Guido *del fu* Ghezzo, *pittore da Siena, cede a* Matteo Rosselli, *pittore da Firenze, un credito che aveva contro* Paolo *d'* Andrea, *pittore senese.*

Archivio detto. Rogiti di Ser Parente di Bencivenni. Filza dal 1325 al 1333, carte 134 *verso*.

Actum Florentie in populo S. Michelis Vicedominorum in apotheca domus habitationis mei *Parentis*, presentibus testibus ad hec vocatis *Sandro Johannis* et *Pasquino Cennis* (1) pop. S. Michaelis Vicedominorum et *Cambio Angnoli* de Fulgineo pop: Sancti Michelis in Palchetto.

Guido olim *Ghezzi* (2) de populo S. Donati de Senis, ut uerus creditor, ante solutionem pretii infrascripti, uendidit, transtulit et mandavit *Macteo Rosselli* (3) pictori pop: S. Laurentii de Florentia debitum et jus et nomen debiti sex florenorum auri ex maiori summa xij florenorum auri, quos *Paulus* olim *Andree* (4) pictor de populo

---

(1) *Pasquino* di *Cenni*, che fu pittore senese dimorante in Firenze, è nominato nel Libro de' Capitoli della Compagnia de' Pittori fiorentini intitolata a S. Luca, della quale egli era nel 1339, quando fu fondata, uno de'Capitani.

(2) Questo Guido, pittor senese, fu figliuolo di Ghezzo di Guido che fece la medesima arte. Le sue memorie cominciano fino dal 1318. Nel 1340 abitava con Giovanna sua moglie nel popolo di San Piero alla Magione, allora fuori della Porta a Camollia.

(3) Appartiene alla famiglia de'Rosselli antichi, da cui uscirono Rossello suo padre, Tieri e Scalore suoi zii, tutti pittori, de'quali sono riportati indietro alcuni documenti sotto l'anno 1295. Di Matteo, che ebbe un figliuolo di nome Iacopo, nel quale si estinse la sua famiglia, sappiamo che verso la metà del secolo XIV dipinse a fresco in una parete della chiesa di s. Michele Bisdomini *uno inferno*, nel quale introdusse tra gli altri personaggi, il duca d'Atene.

(4) In Siena non si ha di questo pittore nessuna memoria. Invece lo troviamo registrato sotto gli anni 1343 nel libri delle Matricole de'Medici e Speziali di Firenze, alla quale arte erano ascritti, come abbiamo detto, i pittori.

Sancti Anthonii, et dictus *Guido*, ut principales, et Ser *Jacobus* olim Ser *Bondì* eorum fideiussor, ex causa mutui reddere promiscrunt *Francischo* olim domini *Schotti de Schottis* civi Senensi, prout de dicto principali debito constat scripturam publicam factam manu Ser *Johannis Chole* de Senis notarii; de quibus sex florenis auri dictus *Guidus* habuit jura cessa a dicto *Francisco* contra dictum *Paulum*, prout constat manu dicti Ser *Johannis* notarii. Item quoddam alium debitum et jus et nomen debiti quattuor floren. auri ex summa octo florenor. auri, quos octo florenos auri predicti *Guido* et *Paulus* et uterque eorum in solidum ex causa mutui redderc promiserunt *Petro* olim *Blasii* domini *Cini de Bernarducciis* de Senis, prout constat manu Ser *Jacobi* Ser *Bondì* notarii. Et de quibus quattuor florenis auri dictus *Guido* habuit jura cessa a dicto *Petro*, ut constat manu Ser *Johannis* quond. *Naddi* notarii. – Que instrumenta predicta dedit eidem, et tradidit incessa. – Et pro dicta cessione fuit confessus se habuisse a dicto *Mactheo* – decem flor. auri.

N.° 47. 1334, 28 di gennaio

M.o Giovanni *di M.o* Agostino *da Siena piglia a fare da mess.* Roberto de' Tarlati *da Pietramala una cappella di marmo nella chiesa del Vescovado d' Arezzo.*

Archivio detto. Rogiti di Ser Astoldo di Baldinuccio d'Arezzo. Protocollo del 1334.

1334, Die xxviij mensis Januarii. Actum in domo mei notarii, presentibus *Petro* quondam *Maynotti Anicci*, *Simone Ghini Puccii Grassi*, *Ciardo Riccii*, *Ceccho Petri*, *Francisco* not. filio mei notarii, testibus. Magister *Johannes* filius magistri *Augustini* de Senis promisit *Ceccho* quondam *Finuccii* de Hostiena domicello et familiari nobilis militis domini *Roberti* de Pietramala, stipulanti et recipienti vice et nomine ipsius domini *Roberti*, facere et construere pro ipso domino *Roberto* in Ecclesia Episcopatus Aretini hinc ad kalendas Julii proxime uenturi vnam capellam de bono et electo marmore largam et altam et pulcram, sicut est capella filiorum *Ghini Puccii Grassi* que est in plebe sancte Marie de Aritio, et ad ipsius capelle similitudinem et cum omnibus ornamentis, figuris et sculturis designatis et factis in ipsa capella, salvo quod non teneatur facere altare ipsius capelle; pro pretio et nomine pretii quinquaginta quinque florenorum de auro: de quo pretio prefatus Magister *Johannes* fuit confessus se recepisse dicto *Ceccho* dante pro ipso domino *Roberto* et de ipsius domini *Roberti* pecunia, decem octo floren: auri: totum antem residuum dicti pretii prefatus *Cecchus* promisit soluere dicto *Magistro Johanni* in terminis declarandis per *Simonem* olim *Ghini Pucii Grassi* (1).

---

(1) La cappella architettata e scolpita da maestro Giovanni nel vescovado d'Arezzo per mess. Roberto Tarlati non esiste più da gran tempo; come non esiste l' altra cappella qui ricordata nella Pieve della suddetta città, che fu

N.° 48 1335 12 di febbraio

Manetto *di* Ughetto *pone* Neri *suo figliuolo ad imparare la pittura con* Paolo *di* Bernardo *da Modena, pittore dimorante in Firenze.*

Archivio de' Contratti di Firenze.
Rogiti di S. Lando d'Ugoliuo da Pesciola. Protocollo, o Filza dal 1334 al 1338 a 111.

Attum Florentie, presentibus testibus *Vanni Guidi* pop. Sancti Laurentii et *Guccio Iohannis Morelli* pop. Sancti Laurentii. *Manettus* olim *Ughetti* pop: Sancti Laurentii posuit *Nerium* filium suum presentem et volentem et stare promittentem, ad standum pro discipulo cum *Paulo Bernardi* de *Mutina* pittore pop: Sancti Laurentii, Florentie commorante, ad artem pingendi; promittens facere quod stabit et serviet et non descedet et furtum non committet etc., hinc ad tres annos proxime venturos in civitate Florentie, et omnia faciet et operabit ad opus et utilitatem dicti *Pauli*, quod idem *Paulus* voluerit, et dare sibi vestimentum et calciamenta sibi necessaria. Et e contra dictus *Paulus* promisit eum tenere et docere dictam artem pingendi et dare sibi vittum et commestibilia opportuna etc.

N.° 49. 1335, 18 di maggio

Compra della terza parte d'una casa fatta da Bernardo Daddi *pittore fiorentino*

Archivio detto.
Rogiti di Ser Benedetto di Michele. Protocollo dal 1333 al 1335, carte 215 *verso.*

In dei nomine. Anno ab eius Incarnatione Millesimo Trecentesimo trigesimo quinto, Indictione tertia, die octavo decimo mensis maii Actum Florentie, presentibus testibus *Mancino Sostegni* populi Sancte Reparate et *Baldera Lapi* pop. S. Laurentii, et *Michelino Franchi* populi Sancti Micchaelis Vicedominorum ad hec vocatis et rogatis.

Domina *Chiara* filia *Batini Mantachi*, et uxor *Lapi* olim *Ghuccii* pictoris pop: Sancti Laurentii de Florentia habitis in omnibus et singulis infrascriptis parabola et consensu dicti *Batini* patris sui et dicti *Lapi* eius viri, -vendidit-*Bernardo* olim *Daddi* (1) pictori populi

---

allogata a scolpire al detto Giovanni in compagnia di m.° Agostino suo padre, della quale allogazione si può vedere lo strumento del 7 di febbraio 1333, pubblicato a pag. 200 del vol. I de'*Documenti per la storia dell'arte senese.*

(1) Di *Bernardo Daddi* pittore fiorentino e scolare di Giotto, vedi quel che è detto nel Commentario alla Vita di Stefano Fiorentino e d'Ugolino Senese, posto nel vol. I, p. 459 e seg., delle *Opere del Vasari*; Firenze, Sansoni, 1878, in 8°. Alle copiose notizie nuove, e per la massima parte date da me intorno a questo artefice, degnissimo di maggior fama, tra le cui opere è ora da assegnare la bella tavola di N. D. nel tabernacolo d'Or S. Michele; aggiungerò qui, che egli morì certamente nel 1348; e forse fu vittima della gran

sancti Laurentii de Florentia – tertiam partem pro indiviso cuiusdam domus cum curia murata et orto et puteo et ficubus et vitibus et arboribus, posite Florentie in dicto pop. Sancti Laurentii in Via Larga extra portam murorum veterorum (*sic*) civitatis Florentie, que vocabatur porta Spatariorum, cuius domus, orti, curie et rerum hos dixit esse confines: a j° via, a ij° olim domine *Tesse* de *Lambertis*, et hodie heredum *Segne Balduccii*, muro comuni et terminis in medio usque ad tectum dicte domus; a iij° filiorum ser *Rimbaldini*; a iiij° *Chelli* pennaiuoli siue *Tebaldi Gabrielli*, muro comuni et terminis in medio – Pro qua uenditione – dicta domina *Chiara* uenditrix fuit – confessa – recepisse nomine iusti pretii a dicto *Bernardo* emptore, libras septuaginta flor. parvor.

N.° 50 1335, 1 di giugno

I Capitani della Compagnia di S. Tommaso in Mercato Vecchio di Firenze confessano di aver riavuto da Andrea *di* Ristoro (1), *pittore, cinque lire sborsate da loro in conto d'un lavoro, che poi il detto* Andrea *non aveva fatto.*

Archivio detto.
Rogiti di Ser Benedetto di Michele. Protocollo dal 1333 al 1335.

1335, die prima mensis Junii. Actum Florentie. — *Iacobus* olim ser *Miglioris* pop. Sancti Laurentii procurator fratris *Bindi Bicci* pop. Sancti Pauli et *Bartolinus Baldi* pop. Sancti Thome in mer-

---

morìa di quell'anno. Questo è l'alberetto della sua famiglia compilato sopra scritture contemporanee.



(1) Andrea Ristori si legge sotto l'anno 1353 nel Ruolo della Compagnia di S. Luca de'Pittori Fiorentini.

cato ueteri et *Francischi Puccini* pop. Sancti Laurentii, capitanei Sotietatis Sancti Thomasii de Aquino, et *Neri Vannis* pop. Sancte Lucie Omnium Sanctorum et *Antonii Pucci* pop. Sancti Laurentii camerarium dicte Sotietatis et aliorum hominum dicte Sotietatis, et *Ciomeus* olim *Guidi* pop. Sancti Laurentii procurator substitutus a dicto *Iacobo*, fuerunt confessi et contenti se habuisse et recepisse ab *Andrea Ristori* pop. Sancte Marie Novelle, pictore, libras quinque flor. parv. quas dictus *Andreas* habuit a dicta Sotietate pro quodam laborerio faciendo dicte Sotietati, et quas dictus *Andreas* confessus fuit ad scriptam factam sua propria manu. Et ideo dicti *Iacobus* et *Ciomeus* fecerunt finem de dictis libris quinque dicto *Andree* et de quodam banno Domini Capitanei, quod dicta Sotietas habet contra dictum *Andream* et de dicta scriptura et generaliter de omni laborerio, ad quod faciendum dictus *Andreas* teneretur dicte Sotietati usque in presentem diem.

N.° 51 1336 25 di gennaio

Petizione di Bartolo *di* Gioggio (1) *contro* Niccolò *da* Imola, *stato suo discepolo, per certe somme di denaro.*

Archivio di Stato in Firenze.
Archivio della Mercanzia. Petizioni del 1335 (1336). N.° 1056.

Coram vobis domino *Angelo* (de *Passarinis* de *Civitate Castelli*) oficiali, exponit *Bartolus Giogii* publicus artifex et mercator in arte pictorum, quod ab uno anno citra *Nicolaus* de *Imola* de *Romandiola* olim discipulus dieti *Bartholi*, fuit et hodie est debitor dicti *Bartoli* in infrascripta quantitate pecunie et rerum, videlicet in vna parte in summa L flor. parvor. quos dictus *Bartholus* pro dicto *Nicolao* et ipsius *Nicolai* precibus et rogationibus dedit et solvit *Stefano Guidutii* vocato *colto* pro relevatione unius pari couertarum dicti *Nicolai*, et in alia parte in sol. X flor. parvor. quae de voluntate et precibus dicti *Nicolay* dedit et solvit *Iohanni* vocato *Tocto* pro dicto *Nicolao*, ut de eis recolligeret vnum petium corii dicti *Nicolai*; et in alia parte in sol. xvj flor. parvor. quos pro dicto *Nicolao* dedit et solvit *Salvi* pictori; quos dictus *Salvi* habere debebat a dicto *Nicolao* pro certa quantitate auri per eum positi supra quodam pario calcarium dicti *Nicolai*, et in alia parte in sol. xi f. p. quos eidem *Bartolo* dare debet pretio unius testerie eidem *Nicolao* vendite; et in alia parte in sol. xxx flor. parv. quos

(1) Di costui, che fu pittore di camere e figliuolo d'un Gioggio di Petruccio, si legge una piacevole novella, che è la LXX, nel Sacchetti. Ebbe Bartolo un figliuolo chiamato *Taddeo*, che fece la medesima arte, registrato nel Ruolo suddetto sotto l'anno 1371. Dai documenti che noi per la prima volta pubblichiamo, si conosce che di Bartolo Gioggi furono discepoli Niccolò da Imola, Vanni di Mino da Siena detto Pela o Pilorcio, e Stefano di Guiduccio.

eidem dare debet pretio vnius paris calligarum de pirumgiano (?) enearum per dictum *Bartholum* pro dicto *Nicolao* , et eidem *Nicolao* datarum; et in alia parte in florenis auri duobus, quos eidem mutuavit pro emendo unam tunicam; et in alia parte in libris tribus flor. parv. quos habuit a pluribus personis de denarijs dicti *Bartoli*, et quos dictus *Bartolus* recipere debebat pro certis laboreriis factis in apotheca dicti *Bartoli*; et in alia parte in libris vj flor. p. quos eidem dare debet pro (*sic*) unius paris tabulectarum de vetro cum figuris de auro in dictis tabulectis pictis; et in alia parte in uno floreno de auro et sol. xxx fl. par. quos dictus *Bartolus* pro dicto *Nicolao* dedit *Sinibaldo* de *Firenza* (*sic*); et in alia parte libr. tres et sol. v flor. p. quos pro eo dictus *Bartolus* solvit *Folglie* hospitatori pro cibo et potu datis eidem *Nicolao* per dictum *Fogliam*, et in pluribus aliis quantitatibus pecuniarum et rerum. Quare, facto sic exposito, petit nunc dictus *Bartolus* quatenus cogatis dictum *Nicolaum* ad solvendum dicto *Bartolo* dictas quantitates pecunie.

N.° 52 1336 21 di febbraio

Altra petizione del detto Bartolo *di* Gioggio, *pittore fiorentino*, *contro* Vanni *di* Mino *chiamato* Pela *da Siena*, *suo discepolo*, *per cagione di certi denari.*

Archivio e Petizioni dette
del 1335 (1336). Vol. di N.° 1056.

Coram vobis domino *Angelo* offitiali exponit *Bartolus Gioggii* pop. S. Marie Maioris pictor, quod *Vannes Mini* vocatus *Pela*, populi S. Michelis Vicedominorum, discipulus et factor dicti *Bartoli*, habuit pro dicto *Bartolo* ut ferret ad domum *Bartoli* a *Scolaio Rossi* de *Cavalcantibus* libr. xj flor. parv. quas dictus *Rossus* dare debebat dicto *Bartolo* pro pictura pauesorum et scutorum et pennellorum quos pinxit et pingi fecit dictus *Bartolus* precibus dicti *Rossi* et *Scolay* eius filii: et quod dictus *Vannes* vocatus *Pela* in alia parte dare tenetur dicto *Bartolo* libr. decem flor. parvor. quas eidem mutuavit inter plures vices, ex quibus dictus *Vannes* emit farinam et alia sibi necessaria. Quare petit predictus *Bartolus* predictum *Vannem* vocatum *Pela* cogi ad dandum et restituendum predictas libr. xxj flor. parv.

N.° 53 1336, 6 di marzo

Petizione di Andrea *del* Massaio (1), *pittore*, *contro* Stefano *di* Guiduccio *suo compagno nell'arte.*

Archivio e Petizioni dette
del 1335 (s. e. 1336). Libro di N.° 1056, a. 147.

Coram vobis *Angelo* offitiali predicto, exponit *Andreas Massari*

(1) Nel Ruolo suddetto è per errore di scrittura chiamato Andrea del Pissaro, invece di Andrea del Massaio.

de Florentia publicus artifex et mercator in arte pictorum de Florentia, quod *Stefanus Guidutii* populi Sancti Michelis Vicedominorum ab uno anno citra fuit sotius dicti *Andree* in dicta arte et misterio; et quod dictus *Stefanus* occasione dicte sotietatis fuit et est debitor dicti *Andree* in libris quatuor fl. parv. quas habuit tempore dicte sotietatis a *Francisco Boscoli* de Florentia pro certo (*laborerio*) eidem facto per dictum *Andream* et *Stefanum* sotios predictos, et quas libras quatuor dictus *Stefanus* dare debebat dicto *Andree* pro parte sibi tangente de dicto laborerio, quod facere cessavit et cessat. Quare petit dictus *Andreas* quod cogatis dictum *Stefanum*, tanquam sotium dicti *Andree* in arte predicta, ad dandum et solvendum et restituendum eidem *Andree* dictas libras quatuor.

N.° 54 1336, 15 di aprile

Bartolo *di* Gioggio, *pittore fiorentino*, *richiede in giudizio un credito che ha contro* Stefano *di* Guiduccio *suo discepolo*.

Archivio detto.
Mereanzia. Cause Straordinarie. Tomo 1147 a 29.

Coram vobis domino *Angelo* officiali, *Bartolus Gioggi* de arte spetiariorum et merciariorum civitatis Florentie, agit adversus et contra *Stefanum Guidutii* pictorem et discipulum dicti *Bartoli* in arte predicta, a quo petit sibi dari et reddi libr. tres et sol. xv flor. parv. pretio cuiusdam mantelli enti per dictum *Bartolum* pro dicto *Stefano*, et eidem *Stefano* dati et traditi per ipsum *Bartolum*. Item petit sibi reddi duo paria sestorum extimationis sol. xxx. flor. parv. Item unam assciam extimationis et pretii sol. x, duo paria... extimationis et pretii sol. xlv flor. parv. Que res pervenerunt ad manus dicti *Stefani* de bonis et rebus dicti *Stefani* (leggi *Bartoli*). Quare petit dictum *Stefanum* capi, et compelli et vestra sententia condepnari ad dandum dictas libras tres et sol. xv pretio dicti mantelli.

N.° 55. 1337, 18 di dicembre

Ordine che a Francesco Cennamelli (1) *sia pagata la pittura fatta nella Sala della Residenza de' Consoli dell' Arte della Lana.*

Archivio detto.
Deliberazioni de' Consoli dell' arte della Lana. Vol. 49, 111 *verso*.

Item quod libr. ducente octuaginta novem flor. parv. olim solute per *Felicem Berti* camerarium dicte artis et pro *Guccio Totti* de Uzzano et *Ticio Migliorati* et sotiis, pluribus et diversis personis pro pretio lapidum, calcis et mattonum, ferramentorum et lignaminum et in salariis et pro salario magistrorum et manualium pro

(1) *Francesco Cennamelli* o *Cennamella* si trova sotto l' anno 1343 nel Ruolo de' pittori scritti alla Compagnia di S. Luca di Firenze.

ianua seu porta domus dicte artis noviter facta, seu reactata tempore officii Consulum dicte artis proxime preteriti vigore apodixe tunc dictor. Consulum, potuerunt licite solvi de pecunia dicte artis per dictum *Felicem*; ac etiam quod ipse *Felice* (*sic*) de pecunia dicte artis licite dari et solvi potuerit *Francischo Cennamelli* pictori pro pretio picture quam facit in domo dicte artis, seu in sala dicte domus, iuxta sagrestiam dicte domus – ac etiam quod ipse *Felice* camerarius predictus – possit libere et licite expendere et solvere dicto *Francisco Cennamelli* pro pretio picture quam modo facit in dicta sala dicte domus, videlicet prope puteum dicte domus.

N.° 56. 1338, 9 d'aprile

Pucciarello *d'* Alberto, *pittore pisano*, *piglia ad insegnare l'arte sua a* Giovanni di Martino *da Panicale*.

Archivio de' Contratti di Firenze.
Rogiti di ser Arrigo di Bonamore, notaio d'Avane. Protocollo dal 1333 ai 1343.

Domina *Grana* relicta *Martini Giannis* de Panichali posuit *Johannem* filium suum et filium suprascripti *Martini* ad standum et morandum ad adiscendum artem pictorie cum *Pucciarello Alberti* (1) pictore de capella sancti Nicholi, hinc ad sex annos proxime venturos, et pro sollepni stipulatione supradicta *Grana* convenit et promisit suprascripto *Pucciarello* facere et curare ita cum effectu, quod suprascriptus *Johannes* stabit et morabitur cum dicto *Pucciarello* ad exercendum et adiscendum dictam artem, et ab eo toto suprascripto termino non discedet et custodiet eum et eius familiam et bona et de eius bonis non defraudabitur et non consentiet quod de ipsis bonis defraudetur. Et predicta omnia et singula faciet et observabit ei sine briga etc., ad penam librar. viginti quinque den. pisanor. Obligantes inter se etc. Quare suprascriptus *Pucciarellus* convenit et promisit suprascripte domine *Grane* stipulanti pro suprascripto *Johanne*, ipsum *Johannem* toto suprascripto termino tenere sanum et infirmum, et dare eidem *Johanni* victum, vestimentum et calciamentum bene et sufficienter secundum suam facultatem etc. Actum Pisis in apotecha domus abitationis *Tegnini* et *Choli* germanor. filior. olim *Bindi* de Vico, presentibus ser *Gerardo* notario de Vivaria et *Bonaccinda* notario filio *Jacobi* de capella S. Viviane testibus etc.

N.° 57. 1338, 26 di giugno

Viviano del fu Viviano, *procuratore di* Bartolo *di* Ricco *pittore*, *fa quietanza a* Michele *di* Maso *suo discepolo nell' arte della pit-*

---

(1) Niente sappiamo di questo pittore pisano.

tura, di tutto ciò che per questa cagione dovesse avere dal detto Michele.

Archivio detto. Rogiti di ser Bartolo di Neri da Roffiano. Protocollo dal 1336 al 1339.

In dei nomine Amen. Anno Incarnationis eiusdem Millesimo Trecentesimo trigesimo ottavo, inditione sesta, die vigesimo sexto mensis Junii. Actum Florentie presentibus testibus *bartolo del bene* populi sancti Laurentii et *piero banduccii* de castro Sancti Johannis: *Vivianus* quond. alterius *Viviani* pop: Sancti Petri maioris de Florentia procurator ut asseruit *Bartoli Ricchi* (1) pictoris populi, ad infrascripta specialiter constitutus, ut de procuratione ipsa dixit continetur instrumento publico scripto manu ser *Andree Lancie* notarii, procuratorio nomine pro dicto *Bartolo*, gratia et amore fecit finem, quietationem, absolutionem – *Micheli* quond. *Masi* populi Sancte Marie Novelle, recipienti pro se et suis heredibus, eo quod stetit pro discipulo cum dicto *Bartolo* ad artem pittorie. Et dixit vidisse computum, et rationem calculasse eiusdem *Michelis* et invenisse eum in nullo teneri eidem *Bartolo*.

N.° 58 1339, 29 di gennaio

Jacopo *di* Donato *si obbliga per un anno di lavorare nella bottega di* Maso *di* Ciacco, *pittore di cofani.*

Archivio detto.
Rogiti di Ser Benedetto di Michele. Protocollo dal 1338 al 1340.

1338 (s. c. 1339) 29 Jan. Actum Florentie.

Iacopus olim *Donati* populi sancti Petri maioris de Florentia locavit se et operas suas *Maso Ciacchi* pop. Sancte Reparate ad pingendum cofanos et alia necessaria faciendum et exercendum circa dictam artem eidem *Maso* in termino unius anni, incipiendi in kalendis mensis februarii proxime venturi; et promisit et convenit eidem *Maso* sibi toto dicto tempore bene et legaliter servire in dicta arte et ab eo infra dictum tempus non discedere, et eiusdem *Masi* res et bona que ad ipsius *Masi* manus pervenerint salvare et guardare, bona fide sine fraude et ex eis furtum vel robariam non committere. Versa vice dictus *Masus* promisit eidem *Iacobo*, in quantum eidem servivcrit toto dicto tempore, dare et solvere pro suo salario dicti anni libras triginta otto et soldos quinque flor. parv. faciendo solutionem quolibet mense prout tangit pro rata ad rationem predictam.

---

(1) *Bartolo* di *Ricco* pittore fiorentino; il qual *Ricco* fu pittore e genero di Giotto; ebbe un fratello in *Stefano* parimente pittore, dal quale nacque *Giotto* detto *Giottino*, scambiato dal Vasari con *Tommaso* o *Maso* di *Banco*, pittore di gran fama a'suoi giorni, e padre di *Michele* nominato in questo documento.

N.° 59. 1341, 17 di dicembre

Pasquino *di* Cenni *da Siena e* Vannî Cinuzzi (1), *pittori, stimano le masserizie e mercanzie della bottega di* Tommè *di* Vanni *da Siena e di* Francesco *di* Cialli *da Firenze, pittori.*

Archivio di Stato in Firenze.
Archivio della Mercanzia. Cause Straordinarie del 1341, N.° 4163, a 264.

Al nome di Dio, Amen. Facta adì xvij di dicembre MCCCXLj.

Questa ella ragione che noi *Pasquino* di *Cenni* e *Vanni Cinuzi*, dipintori e *Michele Nardi* abiamo riveduta tra *Tomè* di *Vanni* da Siena e di *Francescho Cialli*, dipintori. Troviamo channo in bottecha per nostra istima tra merchantantia e massaritie fior. cinquanta otto doro e soldi trentatre piccioli: mettiali inanzi fior. Lviii doro sol. xxxiij.

Troviamo che ànno ad auere da più persone in somma libr. v sol. xvj, fior. pic.

Troviamo che *Thomè* à tratto di boctheca nel sopra decto tempo, et inperò insino a di xvij di dicembre, lib. v sol. xj fior. pic.

Troviamo che *francescho Cialli* à tractto de la detta bocttecha nel decto tempo lib. Lxiij sol. vj.

Somma in tucto fior. Lx doro e sol. xLij f. p.

Troviamo chel *Sanna Borgi* guainaio de'auere da'sopra scripti *Francescho* e *Tomè*, i quali auea messo loro tra mano, in somma fior. Lxxvj doro e sol. xxx fior. pic.

Troviamo channo a dare a *Zanobi Fazi* e a *Filippo* coregiaio e a certi loro discepoli e ad altre più persone in somma fior. x doro.

Trouiamo checci à guadangno fior. Xxviij doro e sol. xij fior. pic. de' quali toccha per vno fior. xiiij doro e sol. vj fior. pic.

Trouiamo che *Francescho* di *Cialli* de'auere da *Tomè* di *Vanni* decto di sopra ch à più tracto che guadangnato, lib. Lviiij sol. vij fior. pic. per lib. iij sol. vij fior. de' non entrati, fior. xvij doro sol. xxviij, flor. picc.

N.° 60. 1341, 13 di giugno

Patti con maestro Antonio *per la edificazione della casa di residenza della Compagnia di S. Maria che s' adunava in Or S. Michele.*

Archivio detto.
Archivio d' Or San Michele. Vol. di N.° 145.

Al nome di Dio, Amen.

Qui apresso sarà scritto l'acordo che *Nicholò* di *Cenni* e *Ruggieri* di *berto* fecero a di xii di gugno miij^c^xLj chon *Antonio* maestro in fare la chasa della Compagnia d'Orto San Michele.

---

(1) Questo pittore è nel libro della matricola dell'arte de'Medici e Speziali che dal 1320 va fino al 1353. Lo stesso è degli altri due pittori nominati in questo documento. Di Pasquino di Cenni, pittor senese, è stato già detto altrove.

Che farà il braccio quadro di tutti i fondamenti e chavare e mandare via la terra fino alaqua sol. viii picc.li ad ogni sua spesa ß viij.

Che farà una volta sotterra doppia e riempierà di pietre e di calcina e la schala e finestre e amattonato: la metà intendesi a ferri e pionbo e legname della Compagnia e ogni altra spesa d'*Antonio*, misurando a piano d'ogni braccio quadro; e gli schaglion de' fare di lastroni e de' lastrichare la volta di sotto: entendasi che sia braccia iiij dal piano al peduccio ß xx picc.li

Che farà il concio de pilastri subbiato piano, e largho il pilastro braccia ij$\frac{1}{3}$ sì che bene istea, e mettendo in ogni pilastro tre doppie, misurando per alteza d'ogni braccio ß xxxviij picc.

Che farà il concio dell'arcora facendo il peduccio brac. 1$\frac{1}{8}$ e in serraglio brac. 1$\frac{1}{2}$ d'ogni braccio per lunghezza dell'archo ß xxxvj picc.

Che farà il concio delle pietre femine infino al davanzale, e metterà di suo il davanza(le); de'avere d'ogni braccio quadro del concios e ogni concio s'intende a sue pietre; ß xiii picc.li

Che farà il muro concio dal davanzale in giuso ogni braccio quadro per sol: quattro dan: sei piccioli e murerà il concio a sue spese e non ne dee avere danaio: ragonasi sarà il concio grosso $\frac{1}{2}$ braccio ß iiij d vi picc.

Che farà il muro dinanzi dal davanzale in suso; contando vano per pieno e facciendo tre finestre, d'ogni braccio quadro ß vij picc.li

Che farà ogni muro oltre a'detti sopraterra andando alto insino in braccia ventidue in gronda: d'ogni braccio quadro, contando vano per pieno, sol. vij piccoli.

Che farà una volta sopra terra doppia e ripiena in peducci di pietre e di calcina e amattonata a ogni sua spesa, e intonichata, misurando a piano d'ogni braccio per ß xvij picc.li

Intendesi ogni ferro o piombo o legname che rimanesse murato sia a costo della compagnia.

E ogni doccione che vi bisogna nelle mura, o nella colonna, che *Antonio* gli comperrà alle sue spese.

Che farà ogni lavorìo buono e di buone pietre e di buona chalcina: a questo si starà a quello chenne dirà *Gherarduccio* maestro: e simile se oltre a questi lavorii vi si facesse alchuno lavoro, chè n'abbia quello che dirà il detto *Ghérarduccio*.

Anchora che ogni muro che facesse per chiusa, e fosse muro di pietre che fosse grosso $\frac{2}{3}$ o $\frac{2}{4}$ di braccio, ne debbia auere chome dell'altro, cioè ß sette del braccio, faciendo di suo una colonna di pietre concie subbiate nel mezzo con una cimasa di sopra e di sotto una basetta che getti uno ottavo di braccio intorno.

In Dei nomine Amen. Anno eius MCCCXLj ind. viiij die xiij mensis junii. Actum Florentiae in dicta domo presentibus testibus Fratre *Bene Salvi* de Ordine Pinzochcrorum populi Sĉi Pauli, *Francescho Cenni* populi Sancti Jacobi Ultrarnum et *Tura Gratie* populi Sancti Felicis, ad hec vocatis.

N.° 61. 1342, 21 di giugno

Allogazione ai maestri Paolo *e a* Giovanni, *suo padre, di sei statue per ornamento della porta a San Gallo di Firenze.*

Archivio de' Contratti di Firenze.
Rogiti di S. Francesco di Pagno da Vespignano. Protocollo dal 1340 al 1345, c. 48.

Pateat omnibus evidenter quod nobiles et prudentes viri, videlicet dominus *Fantone de Rossis* suo nomine, *Franciscus Lapi Johannis* suo nomine et vice et nomine dicti *Bindi* domini *Oddonis de Altovitis*, *Ughuccione Ricciardi de Riccis* et *Feus* domini *Baldi della Tosa*, officiales super constructione murorum civitatis Florentie, una cum *Filippo Bonfigliuoli* eorum collega absente:

Actendentes locationem dudum factam per religiosos viros dopnos *Pétrum* et *Zenovium* monacos de Septimo ordinis Cisterciensis, tunc camerarios constructionis murorum civitatis Florentie, de consilio et deliberatione proborum virorum *Duccii Angiolini Malchiauelli*, *Bartholomey* domini *Guidonis de Cavalcantibus*, *Gerii Guccii de Spinis*, *Spinélli* de Mosciano, *Neri Fortis Bezzolé*, et *Geri Guccii Ghiberti*, tunc officialium super cvnstructione et hedificatione murorum civitatis Florentie; *Paulo* magistri *Johannis* populi sancti Laurentii, recipienti et conducenti pro se ipso et dicto magistro *Johanne* patre suo, ad faciendum et construendum, sculpendum et intagliandum sex figuras sive ymagines lapideas de ottimis lapidibus *della Cicala*, seu figuram Domini nostri Yhesu Xpi et beate Marie Virginis matris eius, que sedeant, et qualiter ipse Dominus Yhūs Xps eandem matrem eius coronet; altitudinis quelibet ipsarum figurarum sedendo super quodam sedio, bracchiorum quatuor, et grossitudinis sive latitudiuis quelibet ipsarum figurarum irium quartorum bracchii; et sub pedibus eorum vnum pedistallum altitudinis vnius bracchii et longitudinis ab uno colonello ad alium; et in dicto pedistallo ex parte anteriori intalliare et scolpire tres scudicciuolos scultos armis comunis Florentie cum folgliaminis circum circa. Item facere et intalliare figuram siue ymaginem beati Johannis baptiste et sancte Reparate, altitudinis quelibet ipsarnm figurarum bracchiorum quattuor et grossitici sicut requiritur dicte altitudini et figuris: et stent recte dicte figure in pedibus, et dicta figura beati Johannis baptiste teneat in manum vnam crucem et unam cartam apertam, in qua debeant scribi sive depingi lictere; et figura beate Reparate habeat in manum vnum vrceum cum liliis ex latere sinistro versus portam de Pinti. Item figuram beati Petri appostoli cum clavibus pulcerrimis et magnis, et figuram beati Laurentii ad modum diaconi, cum vno cultello palmarum in manum eius; mensure, altitudinis et latitudinis sicut alie figure supradicte; et stent rette in pedibus. Item facere construere et murare et hedificare novem postas beccadellorum in tribus partibus inter vnum fenestratum et aliud porte Sancti Galli. Et sint grossi dicti beccadelli, qui-

libet ipsorum medium bracchii, et sint altitudinis quelibet posta beccadellorum bracchiorum duorum, et sint sgolati et sfogliati. Et super dictos beccadellos ponere et murare lastrones grossum (*sic*) tercie partis bracchii et amplitudinis ad modum dictorum beccadellorum et faciat *d'agietto* quartum bracchii: et sint sgolati a tribus lateribus et sfogliati de subtus. Et super dictis lastronibus unam corniccm altitudinis tertie partis bracchii et sint smussati; super qua recolligatur aqua ad modum basamenti. Et super dicta cornice facere sex colonnellos cum basis et capitellis sfogliatis et sgolatis de suctns et sint altitudinis bracchiorum quattuor et duorum tertiorum bracchiorum, quando erunt sculpti: et sini grossi quilibet dictorum columpnellorum tertia pars bracchii; et super dictis capitellis facere sex beccadellos grossitudinis quilibet dictorum beccadellorum medii bracchii et altitudinis vnius medii bracchii, fornita posta; et sportent de foris murum turris siue janue per vnum bracchium et quartam partem alterius bracchii, cum visis in testa intalliatis et sculptis in dictis beccadellis, et inter postam vnius columpnelli ad aliam desuper facere vnum beccadellum de duobus lapidibus ad modum alterius, uel magis sufficiens, et super dictis beccadellis incipiantur et fiant archecti genuflexi cum testeriis sfogliatis *da lato*, sicut requirit dictum laborerium, et volticelle intus sint de bonis lateribus bene coctis: et super dictis archettis genuflexis facere chiocciolas; super distis froniespitiis sint coperte de lastronibus de caua de Montecelli, et iu quolibet frontespitio vnum scutum facere et intalliare, in quo et quolibet sint sculpta arma Comunis Florentie. Quas figuras, videlicet Domini nostri Yhū XP̄i et beate Marie Virginis modo predicto sculpte (*sic*) designatas et intalliatas ponere seu poni facere super posta de medio; et dictas figuras beati Johannis baptiste et sancte Reparate intalliate sculpte et designate ponere seu poni facere super alia posta colupnellorum inter vnum et aliud ex parte dextra versus portam Fanentie. Et dictas figuras beatorum Petri et Laurentii modo predicto sculptas et designatas ponere seu poni facere super altera posta colunpnellorum ex parte sinistra versus portam de Pinti.

Que omnia supradicta dictus magister *Paulus* dictis camerariis promisit facere, construere, scolpire et intalliare vna cum dicto magistro *Johanne* patre suo, omnibus eorum et cuiuscumque eorum sumptibus et expensis in dicto laborerio opportunis et occurrentibus, exceptis calce vivo et ferris et plumbo necessariis et opportunis dicto laborerio. Et omnes supradictas figuras ponere seu poni facere ad portam sive super portam Sancti Galli et super dictis postis beccadellorum, ut supra dictum est, omnibus suis expensis, ut dictum est, pro pretio centum sexaginta florenorum auri: ut de predictis et aliis latius continetur in locatione et conductione predicta, rogata et scripta per ser Alexandrum domini Kari notarii in M.CCCXXVIIIJ, die XVIIJ mensis februarii.

Item locavit eidem – unam ciscrannam longitudinis brachiorum sex, et altitudinis prout est illa Sancte Crucis, et plus et minus, prout placuerit *Laurentio Bartoli* (1) et *Chole Nicolai* (2) magistris et instructis in predictis et circa predictas laborationes, et cum illis designis et etiam plus, prout dictis *Laurentio* et *Chole* videbitur. Item duo ostia et unam predellam *da altare*, laborata prout est ostium Audientie Merchantie civitatis Florentie, et plus et etiam alia forma, prout videbitur eisdem *Chole* et *Laurentio*, facta omnis (*sic*) suis expensis dicti conductoris, infra sex menses proxime secuturos, finito dicto anno. Et debeat habere a dicto domino Palla illam quantitatem et illo termino prout declarabitur per dictos *Cholam* et *Laurentium*, in quos ambos in concordia dicte partes, videlicet dominus Palla ex parte una et dictus *Ardovinus* ex parte altera, omnia predicta remiserunt et commiserunt. Et predicta omnia dictus conductor promixit facere dictis temporibus et terminis si et in quantum in eo tempore non esset morìa Florentie, et si esset morìa, tunc teneatur prosequi finita morìa, et ipsa omnia expedire infra residuum temporis quo sibi restabat, tempore quo incepit morìa, modo et forma predictis, et remictetur tempus cessatum et non prosecutum propter morìam. Que omnia et singula etc.

Item postea, dictis anno, indictione et die quinto mensis ianuarii, actum Florentie, in populo Sancti Stefani abatis, presentibus testibus ad hec vocatis et rogatis, ser Paulo Pieri et ser Johanne

(1) Il Ghiberti.

(2) Orafo e nipote di Spinello Aretino pittore. Nacque nel 1384 e morì nel 1458.

Dominici notariis florentinis; prefatus *Chola Nicholai* aurifex, audito dicto instrumento prime locationis et conductionis, et omnibus et singulis in dicto instrumento contentis eidem lectis et vulgariter expositis per me notarium infrascriptum, precibus dicti *Ardovini*, fideiussit et fideiussor extitit – domino Palle et suis heredibus pro dictis primis florenis quinquaginta, habitis a dicto domino Palla pro arra et parte solutionis dicte prime locationis.

(*L. S.*) Ego Thomas filius olim Dominici Carondini civis florentinus – publicavi, idcoque me subscripsi, et signum meum apposui.

N.° 93 1420, 23 di settembre

Guido *d'* Antonio *detto* Subisso *scarpellino piglia a fare un concio di pietre per le volte dello Spedale della Nunziata d' Arezzo.*

Archivio di Stato in Firenze. Corporazioni religiose soppresse. Compagnia dell'Annunziata d'Arezzo. Filza II.a 17.

Al nome di Dio amen. Adì 23 di settembre 1420.

Sia manifesto a chi uedrà o leggierà questa scritta, chome Mariotto d'Anbrosgio, e Marcho di Pietro operai insieme del spedale de la Nunziata, alogano e danno a *Guido* d'*Antognio* detto *Sobisso* maestro di petra uno concio di petre sono per le volte denanzi de la chasa dello Spedalicri de l'Anunziata, con questi patti: ch'el detto *Guido* gli debba fare longhi cholla cimasgia braccia tre, e che dessa longheza sporti di fore del muro braccia doe, conci e politi posti ine a la ditta chasa a tutte spese di detto *Guido*. Ancho alogano e ditti operai al dito *Guido* doi conci di finestre per la detta chasa alti braccia uno e mezzo chon uno chardinaletto per una di sopra, e doi beccategli chon doi stipidi da lato e una sogglietta per le dette doe finestre. E debba auere il detto *Guido* per pagamento di tutto il ditto lavorio da' ditti Mariotto e Marcho operai preditti, fatto il ditto lavoro, e condotto a la chasa, fiorini otto d'oro e soldi vinti. Il quale lavorio promette il ditto *Guido* darlo fatto e condotto a la ditta chasa per tutto dì quindici d'ottobre prossimo che de'venire; e se al ditto tempo niente mancasse a fare nel ditto lavorio, vole ed è contento il ditto *Guido* che e ditti operai lo possano fare fare a chi a loro piacesse a tutte spese del ditto *Guido*; e promette il ditto *Guido* che se per tutto il mese di giungnio prossimo niuna de le ditte petre mancasse, o scoprisse alchuno difetto, per lo quale il lauorio auesse ..nciare di niente; promette refarlo da chapo a tutte sue spese per modo stia bene; e chosì camparo d' achordo insieme le dette parti, presente ser Lucha di ser Lorenzo e Nicholò di Giugliano barbieri e me Filippo di Simone speziale, il quale ò fatta questa scritta di mia propria mano, anno e mese e dì ditto di sopra.

Io Lucha di ser Lorenzo notaio d'Arezo fuoi presente ale sopraditte cose in presentia del detto Filippo e Nicholò anno dì e mese di sopra.

Io Nicholò di Giugliano barbieri fui presente a la sopradetta scritta, anno e mese e dì detto di sopra.

N.° 94. 1421, 26 d'ottobre

Iacopo *del pittore* Giovanni (1) *da Pistoia pattuisce di costruire una tavola di legname per l' altare della Compagnia di S. Maria nella chiesa di San Paolo di Pistoia.*

Archivio di Stato in Firenze.
Rogiti di Buro di Duccio da Pistoia. Protocollo dal 1411 al 1428.

1421, die xxvj mensis octobris.

Jacobus olim *Johannis* pictoris capelle Sancti Pauli de Pistorio promisit Johanni Blaxii Fatucii de Pistorio capitaneo opere Sancte Marie site in ecclesia Sancti Pauli de Pistorio – et operariis dicte Opere facere et de novo construere hinc ad et per totum mensem mensis maii proxime futuri, suis propriis sumptibus et expensis, unam tabulam de lignamine pro altare ipsius Opere et modo et forma et secundum quoddam designum factum et designatum per ipsum *Jacobum* in quodam foleo reali: quod designum voluerunt remanere et stare penes dictos Capitaneos et operarios ipsius Opere; pro eo pretio et mercede, quod et quam declarabit egregius vir magister michael olim magistri Johannis Pauli medicine profexor (*sic*) de Pistorio eorum arbitrum (*sic*) ad predictum pretium et mercedem declarandam, hinc ad et per totum mensem Julii proxime futuri, concorditer elegerunt, etc. etc.

N.° 95. 1424, 14 d'aprile

Testamento di Mariotto *di* Nardo, *pittore fiorentino* (2).

Archivio detto.
Rogiti di Ser Jacopo Salvestri. Filza de' Testamenti dal 1400 al 1454.

In dei nomine amen. Anno Domini ab eius incarnatione millesimo quatuorcentesimo vigesimo quarto, inditione secunda et die quarto decimo mensis aprilis. Actum in civitate Florentie in populo Sancte Marie del Fiore, presentibus testibus *Bonaiuto Johannis* pittore populi Sancti Fridiani de Florentia, Bartolomeo Pieri corazario pop. S. Marie Floris, et Bernardo olim Francisci pieri pop. S. Petri maioris et Piero olim Antonii lignaiuolo pop. S. Michaelis vicedominorum, et Jacobo michaelis lippi coltellaio pop. S. Marie del Fiore, et *Cipriano Bernardi* cofanario pop. S. Marie maioris, et Johanne michaelis legnaiuolo.

Pateat – quod *Marioctus* olim *Nardi* pictor pop. S. Marie del Fiore de Florentia sanus mente, sensu et intellectu, licet corpore

(1) Questo Iacopo fu figliuolo di Giovanni Cristiani.

(2) Le notizie di questo pittore fiorentino, morto nel 1424, si possono vedere nel vol. I, p. 610, nota 3 del Vasari, edizione Sansoni.

languens, suum nuncupativum condidit testamentum in quo disposuit in hunc modum, videlicet.

In primis quidem animam suam recomendavit omnipotenti Deo, et sui corporis sepulturam elegit, quando eum mori contigerit, in ecclesia Sancte Marie Servorum cum hiis sumptibus et expensis cum quibus et prout videbitur infrascriptis executoribus.

Item legavit operi murorum sol. viginti.

Item operi et nove sacristie S. Marie del Fiore sol. viginti.

Item voluit et mandavit quod integre satisfiat omnibus et singulis ab eo recipere deberent de omni et toto eo quod quilibet legiptime – habere debet. –

Item legavit domine Gemme eius uxori et filie olim Jacobi Johannis chiavaiuoli dotes suas, quas esse asseruit florenorum auri ducentorum quadraginta.

Item ultra predicta, legavit dictam dominam Gemmam dominam et usufructuariam omnium suorum bonorum, una cum filiis dicti testatoris, ipsa vidua stante et vidualem vitam servante: et in quantum dicta domina Gemma nollet vidua stare et ad aliud transiret matrimonium, tunc et in tali casu legavit dicte domine Gemme, ultra suas dotes, florenos auri vigintiquinque.

In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et immobilibus presentibus et futuris sibi uniuersalem heredem instituit omnem – filium – masculum nasciturum ex dicto testatore et ex dicta domina Gemma eius uxore et ex quacumque alia eius uxore legiptima. Et in tali casu quo contigerit ipsum testatorem habere filium uel filios masculos, iure institutionis legauit Magdalene eius filie legiptime et naturali illam quantitatem dotis et pro dote que et prout declarabitur per infrascriptos executores; et interim, donec nuptui tradetur, eidem legauit alimenta decentia. Et in casu quo contigerit nullum nasci filium masculum, tunc et in tali casu sibi uniuersalem heredem instituit dictam Maddalenam eius filiam et omnem aliam filiam feminam nasciturum, equis portionibus. Et in casu quo dicta Maddalena et unaqueque filia femina nascitura quandocumque decederet antequam nuptui traderetur, tunc eis substituit et sibi heredem instituit Lucham Jacobi merciarium pop. S. Marie Nepotum Chose de Florentia; et ipso defuncto, filios dicti Luce pro una dimidia, et pro alia dimidia sibi heredem instituit dominam Taddeam filiam olim Jacobi Ciennis et uxorem Zenobii Junete rigatterii pop. S. Marie Novelle de Florentia, et ipsa deficiente, filios legiptimos et naturales dicte domine Taddee. Et in casu quo ex dicto Luca et domina Taddea non remanerent filii vel alii discendentes, tunc et in tali casu eis substituit hospitale Sancte Marie Nove de Florentia.

Tutores – filior. suorum – et ultime voluntatis executores fecit et esse voluit.

Dominam Gemmam eius uxorem, ipsa vidua stante.

Lucham Jacobi merciarium.

Zenobium Junete rigatterium.

N.° 96. 1426, 2 d'agosto

Bartolommeo *di* Giovannino d' Angelo, *m.° di legname*, *piglia a costruire una tavola di legname da esser dipinta da ambedue le parti*, *e porsi sull' altar maggiore della chiesa di S. Francesco del Borgo S. Sepolcro.*

Archivio detto.
Rogiti di S. Francesco Sisti o Cisti da Borgo S. Sepolcro. Protocollo del 1426.

1426, 2 agosto – Actum in Burgo S. Sepulcri – *Bartholomeus Johannini Angeli* carpentarius de dicto Burgo – promisit et convenit – fratri Antonio Marinelli de Montone ordinis fratrum minorum – facere, edificare et construere unam tabulam de lignamine ad altare maius dicte ecclesie (S. *Francisci de Burgo*) cum floribus et ornamentis, prout est tabula altaris maioris Abbatie Burgi, ornatam tamen ex utroque latere et ut ab utroque latere pingi possit et hoc omnibus ipsius *Bartholomei* magisterio, lignamine, colla et aliis, exceptis duobus ferris ad cortinas tirante ferro et duabus sprangis sustinere debentibus columpnas dicte tabule, que poni et fieri debeant expensis ipsius fratris Anthoni. Et super ornamentis fiendis ad dictam tabulam stare debeat dictus *Bartolomeus* ad declarationem fratris Danielis Stefani de dicto ordine et conventu: et prout dictus frater Daniel declarauerit, teneatur et debeat dictus *Bartolomeus* dictam tabulam a qualibet parte ornare et aptare. Et dictam tabulam teneatur explere et ponere ad dictum altare, hinc ad per totum mensem octobris proxime futuri. Et hoc pro pretio et nomine pretii dicte tabule libr. ducentarum quinquaginta denar. eorton.

N.° 97. 1427, 26 di Maggio

M.° Gio. *di* Giorgio *orefice da Città di Castello piglia a fare per la chiesa di S. Francesco del Borgo S. Sepolcro un calice d'argento dorato, smaltato e figurato.*

Archivio detto.
Rogiti di S. Francesco di Cristoforo Sisti dal Borgo S. Sepolcro del 1427.

1427, 26 maggio. Actum in Burgo S. Sepulcri. Magister *Johannes Georgii* aurifex de Civitate Castelli et porta Sancti Egidii – promisit et convenit – Simoni Signorini – operario et superstiti operum Ecclesie Sancti Francisci de dicto Burgo – facere vnum calicem de argento deaurato ornatum, smaltatum et figuratum, videlicet eum quinque smaltis in patena dicti calicis et cum aliis smaltis supra dicto calice et cum armis de Gratianis, et prout et sicut declarabitur per fratrem Danielem Stefani de dicto Burgo, fratrem dicti ordinis Sancti Francisci, ponderis in totum eum patena libr: sex de argento ad iustum pondus et ligas decem. Et ipsum calicem eum patena sic ornatum et expletum tradere et consignare – in festo Natalis Domini nostri Jhesu Christi proxime futuro; omnibus sumptibus et expensis ipsius magistri *Johannis*. Pro quo construendo – fuit

sponte confessus habuisse et recepisse dictus magister *Johannes* totum argentum. Et hoc fecit dictus magister *Johannes* pro eo quod dictus Simon – promisit – soluere et numerare dictó magistro *Johanni* pro salario et pretio dicti calicis et patene flor. triginta novem ad libras quinque pro floreno quolibet, ad monetam Burgensem.

N.° 98. 1429, 4 d'agosto

Compromesso in Meo *d'*Andrea *pittore da Pistoia per stimare un paio di forzieri dipinti a Meo Cellesi da* Meo *di* Nardoccio *pittore pistoiese.*

Archivio detto.
Rogiti di S. Gio. d'Antonio Ricci di Pistoia. Protocollo del 1428 e 1429.

Die quarto mensis augusti (1429)

Meus olim Acti de Cellesis de Pistorio ex parte una, et *Meus Nardoccii* pictor etiam de Pistorio ex alia, compromiserunt generaliter omnes ipsorum lites in *Meo Andree* de Pistorio licet absente. Que lites sunt, ut dixerunt, circa picturam et laboreriis (*sic*) vnius par forzeriorum pictorum ipsi Meo Acti per dictum *Meum Nardoccii* etc., dantes etc., hinc et per totum mensem septembris proxime futuri promittere etc. non appellare etc.

N.° 99. 1430, 9 d'ottobre

Allogazione a m.° Antonio *di* Gio. *di* Anghiari, *pittore, di una tavola per la chiesa di S. Francesco del Borgo S. Sepolcro.*

Archivio detto.
Rogiti di S. Francesco Cisti o Sisti dal Borgo S. Sepolcro. Protocollo del 1430.

1430, 9 octobris

Magister *Antonius Johannis* de *Anglario* pictor, habitator dicti Burgi (*S. Sepulcri*) promisit et convenit sollempniter – religioso fratri Blaxio Caldesis de Frata guardiano Loci fratrum minorum de dicto Burgo et fratri Danieli de Burgo, et fratri Antonio de Montone – nec non Christoforo Francisci Tofani, Sandro Johannis Tani (*o Tucci*) de dicto Burgo, operariis operum S. Francisci predicti – et domine Lucie vidue et uxori olim Baldi Uirboldi de dicto Burgo, pingere et ornare prout decet et omni ipsius magistri conatu, arte et industria, tabulam positam ad altare maius dicte ecclesie Sancti Francisci, scilicet partem anteriorem que respicit altare predictum et portam maiorem dicte ecclesie, omni suo magisterio, auro, coloribus et aliis necessariis et opportunis simili picture, cum omnibus circumstantiis ad dictam partem anteriorem dicte tabule pertinentibus, et ponere aurum purum et finum in locis necessariis et colorem azurrum, saltem ad rationem florenor. duodecim pro qualibet libra dicti azurri. Et hoc in termino et tempore facere teneatur trium annorum et sex mensium secutorum proxime, cum illis figuris et ystoriis prout videbitur et placebit dictis fratribus et aliis fra-

tribus dicti loci. Et hoc promisit dictus magister *Antonius* facere et observare integraliter pro pretio flor. centum quadraginta auri iusti ponderis et lige.

N.° 100. 1430, 31 di dicembre

Allogazione a Nencio *di* Paoletto *legnaiuolo da Pistoia del cancello e sedere o panche per la chiesa di S. Pietro in Strada della detta città.*

Archivio detto.
Rogiti di S. Gio. Cioci da Pistoia. Protocollo dal 1380 al 1433.

1430, 31 dicembre.

Peghinus olim Allegri, Jacobus olim Michaelis basterius, ambo de Pistorio, operarii opere Sancti Petri in strata de Pistorio – locaverunt et concesserunt ad construendum infrascripta laboreria *Nencio* olim *Pauletti* de Pistorio, duas facies cancellorum existentes in dicta ecclesia per trauersum ecclesie, que facies sunt in totum longitudinis brachiorum novem vel circa, hoc modo videlicet; reficiendo et construendo sexoria dictorum cancellorum cum picciuolis rectis in forma qua sunt cancelli dicte ecclesie existenti (*sic*) per longum dicte ecclesie : que sexoria esse debent arborea , armadura uero nucea. Hoc declarato, quod spalliere et predule que ibidem ad presens sunt, ibidem remanere et stare debeant, ut nunc sunt.

Item ad construendum et faciendum in dicta ecclesia unam predulam siue sgabellum ad altare maius dicte ecclesie, latitudinis brachii unius et quarti alterius brachii, et longitudinis prout protrahit dictum altare; duas pancas regolatas in testis et per longitudinem ex uno latere. Cum pacto quod liceat dicto conductori feramenta que extrahentur de laborerio ueteri ibidem existenti, operari in dicto opere et reficere et construere : et omne residuum dicti laborerii ueteris remaneat dicte opere. Que omnia facta completa et refecta esse debeant per dictum locum per totum mensem junii proxime futuri, omnibus et singulis expensis et sumptibus tam magisterii quam lignaminis et aliorum necessariorum dicti conductoris bene et idonee boni laborerii et legalis magistri boni viri. Et hoc quare uersa vice dicti locatores dederunt dicto conductori pro parte pretii et mercedis predictorum , ut ipse fuit confessus habuisse – libras septem et solidos decem: pro residuo uero dicti pretii et mercedis soluere promiserunt libras duodecim et solidos decem – hinc et per totum mensem junii proxime futurum.

N.° 101. 1431, 16 di dicembre

I maestri Riccomanno *di* Guido *e* Lionardo *suo figliuolo scultori da Pietrasanta* (1) *si allogano a fare di marmo una parte della*

(1) Della famiglia de'Riccomanni di Pietrasanta, che nel 1400 diede all'arte varj scultori, si hanno memorie copiose nel Commentario alla Vita di Niccolò detto il Tribolo del Vasari. Edizione Sansoni, vol. VI, p. 103.

facciata della chiesa di S. Maria degli Agostiniani di Pietrasanta.

Archivio detto.
Rogiti di Ser Niccolò di Coluccio da Pietrasanta. Protocollo dal 1428 al 1432.

1431, XVI decembris.

Cum fratres heremite ordinis Sancti Augustini de Petrasancta et ecclesie Sancte Marie de Petrasancta, residentie dictorum fratrum, ad presens uelint facciam marmoream dicte ecclesie, secundum eorum designum alias habitum, ad eius similitudinem et formam ipsam facciam alias facere et complere decreverunt, ad finem deducere, tum ipsam ecclesiam compleant et adornent, tum quia florenos triginta dicte ecclesie et conuentui fratrum predictorum seu opere in dicta faccia expendendos, legatos per olim Paulum Pieri Lamberti de Luca, convertantur et expendantur in tempus in dicto legato comprehensum. Ideo convocatis et congregatis simul ad invicem et in unum ad capitulum fratribus dicti conuentus et ordinis ad presens in dicta ecclesia residentiam facientibus, in sacrestia dicte ecclesie, quorum hec sunt nomina, vid.

Frater Johannes Stefani de Petrasancta, prior,

Frater Valentinus Mattei de Strufario,

Frater Geronimus Mathei de Pistorio,

Frater Antonius Johannis de Petrasancta, fratres conuentuales in dicta ecclesia – nec non Ghinus Laurentii de Petrasancta sindicus yconamus (*sic*) et operarius dicte ecclesie et opere eiusdem – volentes erga laborerium dicte faccie vacare ex causis suprascriptis – dederunt, commiserunt et locaverunt *Riccomanno Guidi* et *Leonardo* eius filio sculptoribus lapidum de Petrasancta – vnum cursum dicte faccie de marmoribus, qui nunc superest reficiendus supra laborerium dicte faccie iam inceptum. Qui cursus debet esse de xij columnellis de marmore altitudinis brachiorum trium et vnius quarti alterius brachii pro quolibet, fulcitis (cum) archettis xij de marmore, basiis et capitellis et cum una souaggia sub quolibet colupnello, longitudinis brachiorum duorum et altitudinis tertii brachii pro quolibet et cum cornicibus dentellatis secundum dictum designum super dictos xij archettos de marmore, ad predicta laboreria de marmore faciendum, adeo et taliter quod in dicta faccia murari et apponi possint quandocumque ad petitionem dicti Conventus et ecclesie, et bene et ydonee secundum dictum designum ipsis magistris monstratum: hinc ad vnum annum proxime futurum, omnibus expensis tam marmoris quam aliarum quarumcumque (rerum) dictorum *Riccomanni* et *Leonardi*; excepto quod quando ipsum cursum suprascriptum murare et in dicta faccia ponere volent, etiam ellapso anno suprascripto; dicti fratres conventus, ecclesia seu opera, debeant ipsis *Riccomanno* et *Leonardo* soluere ultra pretium infrascriptum, dimidiam mercedis operarum debitarum pro muratione dicti cursus. Et sic ipsi *Riccomannus* et *Leonardus* ipsum omnibus eorum expensis

tam marmoris quam pontium, lignaminis, ferramentorum et calcis et aliarum quarumcumque rerum in predictis nominatim; habendo solum ultra infrascriptum pretium, dimidiam debiti salarii pro giornatis ponendis in dicta muratione, dumtaxat facere et murare promiseruut et debent in terminum suprascriptum. Et hoc quia pro pagamento et mercede ac salario fabricationis dicti marmoris et cursus marmorei, dicti fratres et operarius ipsis *Riccomanno* et *Leonardo* in tempus suprascriptum dare et soluere promiserunt florenos centum quadraginta ad computum bononinorum 36 pro quolibet floreno: de quibus dicti *Riccomannus* et *Leonardus* a dictis fratribus et conventu in vna parte babuisse et recepisse confessi fuerunt – florenos triginta: et sunt illi floreni triginta quos ipsi fratres et conventus habuerunt et receperunt ab heredibus et hereditate dicti olim Pauli Pieri Lamberti, vigore legati per ipsum Paulum – facti.

Item in alia parte suprascriptus Ghinus Laurentii operarius de eius propriis bonis, dedit et assignavit in solutum et nomine pagamenti, mercedis et salarii dictis *Riccomanno* et *Leonardo* – vnam dicti Ghini operarii petiam terre campie cum arboribus, vitibus super se, positam in territorio Petresancte in loco dicto *La Malacciola*.

Actum in Petrasancta in sacrestia ecclesie sancte Marie de Petrasancta fratrum heremitarum Sancti Augustini etc., anno domini MCCCCXXXJ die XVJ decembris.

N.° 102. 1433, 21 di dicembre

Allogazione a Benedetto *d'*Antonio *legnaiuolo del Borgo S. Sepolcro della costruzione d' una tavola di legname che doveva poi esser dipinta per l'altare maggiore della chiesa di S. Giovanni d'Afia del Borgo S. Sepolcro.*

Archivio detto.
Rogiti di S. Francesco Cisti o Sisti. Protocollo del 1443.

1433 21 Xbris. Actum in Burgo S. Sepulcri.

Benedictus Anthonii Mathei carpentarius de dicto Burgo promisit et convenit sollepniter Luce Guidi de Pichis de dicto Burgo fideicommissario et executori testamenti Angeli Cisti Fantis alias Bottone de dicto Burgo, facere et construere de suo lignamine, exceptis duobus castaneis, vnam tabulam de lignamine ad altare maius ecclesie Sancti Johannis de Afia de dicto Burgo, ornatam cum civoriis et floribus secundum formam designi facti per magistrum *Antonium* depictorem de Anglario, omnibus suis sumptibus – per totum mensem aprilis proxime futuri. Et hoc fecit dictus *Benedictus* pro eo quod dictus Lucas dicto nomine promisit dicto *Benedicto* pro suo salario et labore et mercede tabularum et aliorum – solvere et numerare – quicquid extiterit declaratum per honestum virum dominum Nicolaium Nicolosi rectorem dicte ecclesie.

N.° 103. 1434, 2 di maggio

Testamento di Martino *di* Bartolommeo (1), *pittore senese.*

(L'originale si conserva nell' Archivio di Montoliveto Maggiore)

Anno Domini nostri Hiesu Christi ab incarnatione salutifera millesimo quadringentesimo trigesimo quarto, Indictione duodecima – die – secundo mensis Maij. –

Pictor egregius, homo quidem optimorum morum et optimae vitae magister *Martinus Bartholomaei* de Senis, sanus – mente et intellectu, licet corpore languens, – hoc suum nuncupativum testamentum – facere procuravit. Primo enim animam suam omnipotenti Deo devotissime recomendavit: – corpus vero suum jussit, et mandavit sepelliri in ecclesia sancti Martini de Senis contra campanile, seu ex opposito campanilis dictae ecclesiae, ubi sui corporis sepulturam elegit. De bonis autem suis domino Senensi episcopo pro omni sua canonica portione, ac plus de ipsis petere vel habere possit, reliquit atque legavit amore Dei solidos quinque denariorum senensium. Ecclesie vero majori et cathedrali vocatae et Duomo dictae civitatis Senarum et ejus fabricae et operae reliquit atque legavit – alios solidos quinque denariorum senensium. Item reliquit hospitali sanctae Mariae de Schala de Senis pannum lineum valentem secundum communem extimationem floren. quatuor auri de solidis octoginta pro floreno, pro lentiaminibus lectorum dicti hospitalis, in quibus hospitantur pauperes peregrini. – Item voluit, jussit atque mandavit suis infrascriptis haeredibus et fideicommissariis – quod post mortem ipsius testatoris fieri faciant et celebrari de bonis dicti testatoris in Societate sanctae Mariae de Senis unum solemne et devotum officium mortuorum pro anima sua et suorum, in quo celebretur missa per duodecim sacerdotes ultra illum sacerdotem qui cantabit missam, ad majus altare ecclesiae dictae Societatis; ad quod officium voluit semper stare accensa duo doppieria ponderis librarum sex in totum cum staggiuolis pictis dictae Societatis, ut moris est, – et libras quatuor candelarum; volens et mandans dicta doppieria in dictae Societatis ecclesia stare ad illuminandum corpus Domini nostri Hiesu Christi, donec durabunt. Item reliquit atque legavit dominae Francie sorori carnali dicti testatoris et uxori Nanni Buccii calzolarii, libras quadraginta denariorum senensium. Item reliquit atque legavit Blaxio suo ipsius testatoris fratri carnali libr. quadraginta denariorum senensium. – Item reliquit atque legavit ecclesiae et pauperibus Inhiesuatis de Senis libras quatuor denariorum senensium convertendas in fabricam ecclesiae dictorum pauperum Inhiesuatorum. – Item reliquit atque legavit magnifico communi Senarum omnes quantitates denariorum, quas solvit ipse testator dicto magnifico communi Senarum in praestantiis a die decima octava

(1) Di maestro Martino di Bartolomeo chi ne fosse curioso, potrà avere notizia nel Vasari, edizione Sansoni, vol. I, pag. 477, n. 2 e 694, n. 1.

aprilis M.CCCC.XXXI hoc est millesimo quadringentesimo trigesimo primo, usque ad diem decimam tertiam Junii de anno millesimo quadringentesimo trigesimo tertio et omnem provisionem exinde sumendam: liberans et absolvens dictum Commune ab omni provisione, quam ex nunc petere et habere posset dictis ex causis et occasione dictarum praestantiarum per eum dictis temporibus solutarum. Item reliquit atque legavit dominae Caterinae uxori suae nobili filiae Benedicti Dominici pizicajuoli de Senis dotes suas, quas dixit fuisse floren. ducentos, prout dicitur de eis fuisse rogatum ser Cennem Manni notarium senensem ad praesens defunctum. – Si vitam vero vidualem et honestam non servaret dicta sua uxor, seu ad secunda vota transiret, dictos infrascriptos ejus filios voluit, jussit atque mandavit stare, habitare, nutriri et gubernari cum Donato Dei coiario et in domo sua de bonis ipsius testatoris et dictorum suorum filiorum; a quo Donato dicta causa mandavit non tolli et non removeri dictos infrascriptos suos filios: declarans, volens atque mandans, quod Blaxius frater ejus et domina Francia soror ejus et Saladinus ejus cognatus non possint aliquo modo se impedire de dictorum suorum filiorum et de bonis suis, sed eis omni modo curam dictorum suorum filiorum et administrationem ejusdem bonorum, prohibens atque vetans. In omnibus autem bonis suis mobilibus et immobilibus, juribus et actionibus, sibi haeredes universales instituit et esse voluit Bartholomaeum Bastianum suum filium legitimum et naturalem et omnes et singulos alios filios suos legitimos et naturales tam masculos quam feminas, unam vel plures post praesens testamentum nascituros et seu post ejus vitam ex se et dicta sua uxore; ipsos sibi invicem substituens aequis portionibus vulgariter, pupillariter et per fideicommissum. Ultimo vero ex eis morienti in aetate pupillari, vel non condito testamento sine liberis, quandocumque substituit dominam Caterinam praedictam uxorem suam; et hoc quoad usum et usumfructum tantum omnium bonorum suorum toto tempore vitae suae ipsius dominae Caterinae: volens et mandans, quod post mortem dictorum suorum filiorum, supervivente dicta domina Caterina, bona ipsius testatoris omnia convertantur in bonis immobilibus praeter dotes ipsius: de quibus bonis immobilibus voluit dictam dominam Caterinam habere usum et usumfructum toto tempore vitae suae: et hoc in quantum vitam castam et honestam et vidualem duxerit et servaverit et alio modo non. Ipsi vero dominae Caterinae morienti et ultimo ex dictis suis filiis morienti in pupillari aetate, vel non condito testamento sine liberis, quandocumque non superstite dicta domina Caterina, vel si superest ipsa domina Caterina non ducente, vel non servante vitam honestam, castam et vidualem, substituit quoad usum, usumfructum et quo etiam ad proprietatem hospitale sanctae Mariae de Scala pro tertia parte bonorum suorum; fratres observantiae sancti Francisci della Capriuola de Senis, hoc est eorum conventum, in aliam tertiam partem dictorum omnium bonorum suorum; et Ingiesuatos, hoc est

eorum conventum in altera parte omnium bonorum suorum; convertendorum quoad hospitale praedictum in operis misericordiae ipsius hospitalis; et quoad conventum Observantiae et Ingiesuatorum convertendorum in fabricis et ornamento dictarum ecclesiarum seu dictorum conventuum. – At si dicta domina Caterina moreretur antequam dictus ejus filius – vel si dicta domina Caterina vitam vidualem castam et honestam non servaret, constituit tutorem suum dicti sui filii – Donatum Dei corarium suprascriptum. Suos autem fideicommissarios – constituit et esse voluit *Gorum ser Nerotii* aurificem, Joannem Bartholi Ristori, dominam Caterinam uxorem suam praefatam, Donatum Dei coriarium, et Vexium Ingiesuatum et illum, qui pro tempore erit major Ingiesuatorum. –

Actum Senis in camera domi dicti testatoris positam in contrata Salicotti superioris, praesentibus fratre Pietro Joannis Cecchi de Senis, fratre Bartholo Stefani de Montelatrone, fratre Ludovico Joannis de Bononia et fratre Michaele Joannis de Bononia, omnibus quatuor servis Jesu Christi et Ingiesuatis et Donato Dei coiario testibus – rogatis.

Ego Antonius Michaelis Antonii de Senis – notarius – rogatus scripsi et – publicavi. –

N.° 104. 1435, 6 d'agosto

Sepoltura di messer Ubertino degli Albizi Vescovo di Pistoia allogata a Jacopo *di* Bartolommeo *e a* Giovanni *di* Piero *lastraiuoli* (1).

Archivio di Stato in Firenze.
Atti in foglio: Filza IX dall'anno 1433 al 1439 N. 268.

Xps a dì vj dagosto 1435

Sia manifesto a chi vederà questa scripta, come Carlo Tomasini e Sozomeno chanonicho di pistoia alluogano e danno a fare a *Jacobo* di *bartolomeo* lastraiuolo et compagni vna lapida di marmo da Carrara di bracchia quattro giusta e uno braccio e menzo (*sic*) largha per la sepultura del vescho (*sic*) di pistoia, cum vna corregina di marmo nero intorno e collettere antiche e colla figura del ueschouo intagliata a modi di frate e colla mitera e il pastorale e libro e tabernaculo e due armi come èno in nello disegno e come a' detti più o meno parrà: la quale debbe auere posta in pistoia a tutte suoi spese e murato in nello luogho debba stare, per infino a mezo il mese di settembre proximo. Et debbe auere fior. uenti due nuovi e della detta quantità gli ne diamo per parte di pagamento fior. vndici colla sicurtà sottoscripta.

E io *iacomo* di *bartolomeo* sopradetto so chontento doseruare chome di sopra si chontene:

Io *Giovani* di *piero* lastraiuolo ò ricievuto ogi chuesto dì 19 daghosto 1435 fiorini nove nuovi: sono meglio che di sugielo, grosi

(1) Nella cattedrale di Pistoia, o altrove non si è fino ad ora trovata questa sepoltura, e non ne fanno nessun ricordo le *Guide* di quella città.

noue ; i quali ebi da mes. sozomeno di ser bonifazio chalonacho di pistoia ; sono per una lapida di marmo ischoncia di braccia 4 e largha br. 1½ per fare la lapida di mes. Vbertino ueschovo che fu di pistoia.

Io *iachopo* di *bartolomeo* ò ricieuto da mes. Sozomeno chalonicholo (*sic*) di pistoia fior. due nuovi a dì 19 daghosto per parte di paghamento della detta lapida in chonto nella soma di noue fior. sospra (*sic*) iscritto 1435.

Io *iachomo* sospra scritto ò ricievuto da mes. sozomeno sopra detto a dì 16 di settembre 1435 fior. uno nuovo.

Io *iachopo* di *bartolomeo* ricievetti dal detto mes. Sozomeno ogi questo dì 18 di settembre 1435 fior. cinchue nuovi fior. 5.

Io *iachomo* sopra iscritto questo dì 26 di settembre 1435 ò ricieuuto dal sopradetto misere Sozomeno fior. cinchue nuoui per resto del paghamento della sopradetta lapida in presencia de frascritti testimoni.

Io Cypriano da pistoia fui presente al soprascritto pagamento de cinque fiorini e come il detto *Jacopo* si chiamò contento e pagato per lauorio della detta lapida.

Io bernardo Carnesechi fu' presentte che il detto *Japocho* si ciammò contento del sopradetto pagametto questo dì xxvj di settembre 1435.

N.° 105. 1437, 30 di settembre

Convenzione tra Michelozzo Michelozzi (1) *scultore fiorentino e gli esecutori del testamento di messer Bartolomeo Aragazzi da Montepulciano, circa la sepoltura di marmo di esso messer Bartolomeo scolpita dal detto* Michelozzo.

Archivio detto.
Rogiti di Ser Jacopo Silvestri. Protocollo dal 1436 al 39.

In Dei nomine Amen. Anno Domini ab eiusdem salutifera Incarnatione Millesimo quatuorcentesimo trigesimo septimo Indictione prima et die trigesimo mensis septembris. Actum in civitate Florentie. –

Pateat omnibus evidenter presentis instrumenti seriem inspecturis, quod cum certum sit, prout dicitur, quod *Michelozius* olim *Bartolomei Gherardi* intagliator, civis florentinus et de populo Sancti Marci de Florentia, promiserit et se oblighauerit ad faciendum in terra Montis Politiani in ecclesia plebis S. Marie de Montepoli-

(1) Questo documento sempre più avvalora la opinione che la sepoltura dell'Aragazzi, allogata al Michelozzi, sia opera di lui. Con questo non escludiamo che vi possa aver lavorato anche Donatello, che era suo compagno. È noto l'orrendo strazio che ha patito quello stupendo lavoro, le cui parti si trovano divise e sparse su per le pareti e sull'altare maggiore della cattedrale di Montepulciano.

tiano predicto, unam sepulturam pro corpore egregii viri domini bartolomei francisci de Monte politiano predicto, secretarii appostolici; quod sepulcrum iam diu incepit et pro maiori parte laboraverit et seu fecit, ut dicitur, et dicta de causa recepit partem pretii dicte sepulture et asserat debere recipere et habere maiorem partem pretii dicte sepulture et propterea differre in complendo sepulturam predictam: et cum noviter fieri debeat promissio dicto *Michelozio* uel ali pro eo recipienti de soluendo eidem *Michelozio* residuum quod habere restat et seu restabit de dicta sepultura, postquam compleuerit sepulturam praefatam, et seu fieri debeat depositum et confessio depositi pro residuo pretii dicte sepulture eo modo et forma et prout dicitur mandatum et scriptum fore per magnificos et potentes dominos, dominos Priores Artium et Vexilliferum Justitie populi et Comunis Florentie, et volens dictus *Michelozius* pro parte sua obstendere se cum effectu paratum esse ipsam sepulturam complere et omnia et singula facere sibi inchombentia.

Unde hodie hoc presenti suprascripto die trigesimo mensis Septembris, dictus *Michelozius* pro observatione cuiuscumque, et seu conditionis vel modi vel conventionis apponende et continende in quocumque deposito et seu depositis fiendis et seu confessandis et in quacumque promissione dicta de causa fienda sibi *Michelozio* vel ali pro eo recipienti de et pro pretio dicte sepulture, ut principalis et pro dicto *Michelozio* – et eius precibus et mandatis ut fideiussor, Leonardus Georgii dñi Jacobi del Biada civis flor.nus et Jacobus olim Benedicti Zenobii choltriciarius – et quilibet in solidum et in totum obligando promiserunt – dopno Batiste olim Johannis de Monte Policiano priori Sancti Petri de Parcia comitatus Montis Politiani – ibidem presenti et recipienti pro se, – et vice et nomine Ser Johannis Bartolomei de Monte Policiano – executorum testamenti – dicti quondam domini Bartolomei, et dicti Francisci eius patris – infra vigesimum quintum diem proxime futurum, postquam fiet et facta fuerit promissio dicto *Michelozio* – de solvendo eidem *Michelozio* residuum pretii et mercedis quod et quam debet habere et recipere – occasione dicte sepulture, se presentare personaliter in dicta terra Montis Politiani, pro complenda dictam sepulturam; et quod dictus *Michelozius* infra dictum tempus se personaliter presentabit in dicta terra Montis Politiani ad complendum dictam sepulturam, et predictus *Michelotius* infra sex menses tunc proxime futuros complebit et perficiet dictam sepulturam.

N.° 106. 1437, 20 di novembre

Allogazione della costruzione d'un paio d'organi per la chiesa di S. Agostino del Borgo S. Sepolcro.

Archivio detto.
Rogiti di S. Francesco Cisti o Sisti. Protocollo del 1437.

1437 20 nov. Actum in Burgo S. Sepulcri. Frater *Marcus Francisci* de Vulterris ordinis fratrum Predicatorum et frater *Andreas*

Bartolomei de Mantua, conversus dicti ordinis et magistri organorum – convenerunt sollempniter fratri Francischo Nicolai priori loci fratrum heremitarum Sancti Augustini de dicto Burgo construere et edifficare vnum par organorum duplorum pro dicto loco Sancti Augustini – aptorum et bene sonantium ad dictum et declarationem cuiuscumque boni sonatoris organorum et intelligentis de huiusmodi edificiis musicis. Et quod prima canna dictorum organorum sit altitudinis quinque pedum ad pedem sex vid. ab ore canne – cum mantacis et omnibus fornimentis expedientibus et necessariis ad dicta organa; in termino usque ad Pascha Resurrexionis dni nri Yhesu Christi proxime futurum. Et hoc fecerunt dicti magistri pro eo et ex eo quod dictus frater Franciscus prior et Nannes Cischi operarius operum predicti loci, promiserunt – dictis magistris – solvere et numerare – pro eorum labore et salario dictorum organorum flor. quadraginta ad rationem bononinorum quadraginta de argento pro quolibet floreno: et non intelligantur baocchi pro bononeni.

N.° 107. 1444, 24 di gennaio

Benozzo Gozzoli *pattuisce di lavorare per tre anni nelle porte di S. Giovanni di Firenze con* Lorenzo Ghiberti *e* Vittorio *suo figliuolo* (1).

Archivio detto.
Archivio della Mercanzia. Deliberazioni dal 1443 al 1444 segnato 2.

1443–44, 24 di gen.°

Constituti in dicta curia in presentia mei francisci notarii et scribe dicte artis et testium infrascriptorum, *Vittorius* filius *Laurentii bartoli* magistri formarum sancti Johannis, vice et nomine ditti *Laurentii* sui patris, et *Benozius Lesis* pictor populi Sancti Fridiani de Florentia, et inter se ad invicem fuerunt et remanserunt in hanc concordiam et convenerunt de infrascripta locatione et condutione, vid. Quod dittus *Vittorius* suo nomine conduxit dictum *Benozium* et dittus *benozius* locavit se ad laborandum et se personaliter exercendum cum omni sua industria et magisterio in laborerio hostiorum ianue Sancti Johannis, que fiunt per dictum *Laurentium bartoli*, diebus et horis debitis et usitatis in similibus laborerriis, per tempus et terminum trium annorum, initiandorum die primo mensis martii proxime futuri; et in dicto tempore fideliter et absque aliqua fraude se exercere, prout eidem impositum fuerit per dittum *laurentium*. Et ex alia parte dittus *Vittorius* promisit et convenit ditto *benozio*, ipsum *benozium* in ditto laborerio durante ditto tempore, retinere et eidem dare solvere et pagare pro suo salario, provisione et mercede pro primo anno dictorum trium annorum, flor. sexaginta auri, et pro secundo anno dittorum trium annorum, flor settuaginta auri, et pro tertio et ultimo anno dittorum trium annorum, flor. ottuaginta auri.

(1) Per questo documento abbiamo un altro artefice da aggiungere alla lunga lista di quelli che aiutarono il Ghiberti nelle porte di bronzo del S. Giovanni di Firenze.

N.° 108. 1445, 11 di giugno

Tavola per la Fraternita della Misericordia del Borgo S. Sepolcro data a dipingere a Pietro della Francesca.

Archivio detto.
Rogiti di S. Mario Fedeli dal Borgo. Protocollo dal 1443 al 1447.

MCCCCXLV etc. die xj mensis iunii.

Egregii viri Petrus Luce benedicti, prior, Papus Simonis de Doctis, Guasparre Nicolai Martini, Ambrosius Massi, consiliarii dicti prioris; Johachinus de Pichis, Julianus de Doctis, Julianus Mathei Ciani, et Michelangelus Massi, homines electi ad hec; vice et nomine Societatis et hominum Sancte Marie de Misericordia – dederunt et concesserunt *Petro benedicti petri benedicti* pictori ad faciendum et pingendum vnam tabulam in oratorio et ecclesia dicte Societatis ad foggiam eius que nunc est, cum toto suo lignamine et omnibus suis sumptibus et expensis de toto fornimento et ornamento picture et positure et locature in dicto oratorio; cum illis ymaginibus et figuris et ornamentis sicut sibi expressum fuerit per supraseriptos priorem et consilium uel per suos successores in officio, et per dictos alios supra electos: et deauratam de fino auro et coloratam de finis coloribus et maxime de azurro ultramarino: cum hac condictione, quod dictus *Petrus* teneatur ad reaptandum suis expensis omnem maganeam quam faceret et ostenderet dicta tabula in processu temporis usque ad decem annos propter defectum lignaminis vel ipsius *Petri*. Et pro predictis omnibus constituerunt sibi de mercede florenos CL ad rationem librar. V et sol. V pro floreno. De qua promiserunt dare nunc ad eius petitionem florenos quinquaginta, et residuum, finita dicta tabula. Et dictus *Petrus* promisit dictam tabulam facere et pingere et ornare et ponere ad latitudinem et altitudinem et foggiam prout est illa que nunc est ibi de ligno; et dare expletam et positam et locatam infra tres annos proxime futuros; cum suprascriptis condictionibus, et qualitatibus colorum et auri finorum: et quod nullus alius pictor possit ponere manum de penello preter ipsum pictorem.

N.° 109. 1447, 31 di maggio

Lettera della Signoria di Firenze a Carlo Federighi *oratore a Roma.*

Archivio detto.
Signori: Legazioni e Commessarie ecc. N. 12 *c.* 13.

Domino Carolo de Federicis oratori (apud Pontificem).

Spectabilis et egregie legum doctor etc. Egl'è nostro officio di fauoreggiare tucti li nostri citadini et maximamente quelli che per loro meriti et delli loro antiqui, sono carissimi a questa Signoria. Habiamo inteso, come per certi porfidi tolti in luoghi sacri, Antonio de'Pazi essere agitato apresso a' Conservatori di cotesta alma città.

Il perchè voglamo che con ogni studio et diligentia et apresso alla Santità del Papa et qualunque cardinale et etiandio apresso a'decti Conservatori et finalmente doue fusse necessario, prestiate ogni honesto fauore a decto Antonio; a ciò che nè infamia (*sic*) nè in pecunie riceua alcuna lesione: assegnando, che nè costumi suoi nè de'suoi antiqui fanno uerisimile lui essere stato di questo auctore. Ben credete che uolendo ornare una loro bellissima sacrestia et trouando questi porfidi uenali, li comperassi; perchè non credeua questo essere inhonesto, maximamente uolendoli per luogo sacro e non profano. Et che si debba auere grande riguardo alla stima sua, sì per la casa di cui è nato, sì perchè è mercatante. La quale arte sta tucta in fede et riputatione. Et finalmente con queste et con altre ragioni, le quali occorreranno alla vostra prudentia, v' ingegnerete di expedire presto decta causa. Fate con effecto, perochè così habbiamo deliberato insieme con li nostri honorabili Collegi. Dat. Florentie die xxxj maii MCCCCXLVIJ (1).

N.° 110. 1448, 6 di gennaio

Croce smaltata per la Pieve di S. Maria del Borgo S. Sepolcro allogata a Niccolò *d'*Angelo *di* Giovannino *orefice dal Borgo.*

Archivio detto.
Rogiti di Ser Mario Fedeli dal Borgo. Protocollo dal 1447 al 1449.

1448, 6 gennaio

Cum hoc sit quod Benvenutus Mathei Verii et Niccolaus Johannis Andree operarii operis plebis Sancte Marie de Burgo, uelint facere fabricari vnam crucem pro sacristia dicte plebis, que eget cruce; et tractaverint cum *Nicolao Angeli Jannini* de Burgo, aurifici, quod fabricet eis dictam crucem ad formam crucis maioris sancti Francisci de Burgo, cum duobus crucifixis et octo smaltis et ad similitudinem dicte crucis; ideoque dicti operarii sponte concesserunt et locaverunt dicto *Nicolao* aurifici, ibidem presenti atque conducenti, ad fabricandam dictam crucem ad dictam formam et similitudinem et magnitudinis et pulchritudinis et ornamentorum et de ere, preter quam celamenta sive smaltos qui debent esse de argento, et in aliis ornamentis, prout est predicta crux Sancti Francisci, excepto cannone et pomo qui non veniunt in hiis pactis, sed solum crucem scussam; pro pretio et mercede librarum centum quinquaginta: sub his tamen pactis et conditionibus: quod dictus *Niccolaus* teneatur et debeat facere unum smaltum cum figura sancti Johannis Evangeliste ad similitudinem smaltorum dicte Crucis Sancti Francisci et ad illam formam. Et si dictum smaltum erit similis qualitatis et bene recipiens, secundum consilium habendum per dictos operarios ubicumque voluerint et a personis intelligentibus; quod dictus *Ni-*

(1) Forse questi porfidi dovettero servire per la cappella de' Pazzi nel chiostro di S. Croce di Firenze, già architettata, come è noto, da Filippo Brunelleschi.

colaus debeat prosequi fabricationem dicte crucis cum similibus smaltis qui sunt in dicta cruce Sancti Francisci, exceptis smaltis in bracciolis, in quibus in uno latere sit figura Sancti Petri et in altero latere sit figura Sancti Stefani. Et quatenus dictum smaltum non esset recipiens, ut dictum est, quod dicto casu dicti operarii debeant per se recipere dictum smaltum et soluere pretium secundum declarationem fiendam per duos intelligentes viros. Quam crucem dictus *Nicolaus* ita fabricare promisit ad magnitudinem, et pulcritudinem et ornamenta suprascripte crucis vel melius, quam citius poterit. Et facta et expleta dicta cruce, promiserunt dicti Operarii dare et soluere dicto *Nicolao* dictas CL libras den. cortonensium.

Dicto anno die viij mensis aprilis – Suprascripti Operarii – presente et intelligente suprascripto *Nicolao* aurifice – fuerunt confessi vidisse smaltum factum et fabricatum per dictum *Nicolaum* et figuram Sancti Johannis euangeliste, de quo et qua supra in dicto instrumento et fecisse videri et habuisse consilium quod est recipiens. Ideoque mandauerunt dicto *Nicolao* quod prosequatur fabrica dicte crucis, secundum formam pactorum in dicto instrumento contentorum.

N.° 111. 1449, 7 di febbraio

La Signoria di Firenze scrive al suo oratore a Roma perchè favorisca presso il Papa, Antonio *di* Piero (il Filarete), *scultore ed architetto fiorentino.*

Archivio detto.
Signori, Legazioni e Commessarie ecc. N. 12, 77.

Paulo *de* Ghiaceto *oratori Rome.*

Spectabilis vir etc. *Antonio* di *piero* maestro d'intaglo (1), nostro carissimo citadino, secondo habiamo relatione, ingiustamente fu costì tormentato per certe calunnie gli furono date che uoleua tôrre la testa del baptista. Della qual materia è optimamente informata la Sanctità del papa; per la cui clementia, intesa la uerità, fu liberato. Duolsi il decto Antonio della ingiuria allui facta et etiandio non meno che per questo gli sia interdecto il potere usare a Roma per più cagioni, et maxime perche avea tolto a fare vna sepultura per la buona memoria del cardinale di Portogallo; la quale, da lui incominciata, vorrebbe potere mettere a fine; et etiandio per expedire certi suoi facti familiari. Il perchè mossi da misericordia noi et li nostri honorabili (Collegi) vogliamo che supplichi alla Santità

(1) Questo *Antonio* di *Pietro* è certamente il *Filarete*, detto ancora l'*Auerulino*, scultore ed architetto fiorentino. Da questa lettera si rileva ora per la prima volta che egli ebbe a scolpire la sepoltura di Antonio Martinez de'Clavibus, cardinale portoghese del titolo di S. Grisogono, morto nel 1447 e sepolto in S. Giovanni Laterano. Questa sepoltura marmorea è ora nel mezzo del primo pilastro, sotto la navata a sinistra. Giace il cardinale vestito con abiti pontificali.

del papa, che la degni per sua clementia, et per la devotione, la quale ha uerso Lei questa Signoria, concedere che questo virtuoso povero maestro possa uenire et habitare costì, almeno insino che arà data expeditione alle prefate cose. Et lui in testimonio della sua innocentia di nuovo si offera di rimettersi nel giudicio et mani della sua Beatitudine. Fallo con ogni studio et diligentia a te possibile. Dat. Florentie die vij februarii MCCCCXLviij (stile comune 1449).

N° 112. 1450, 19 d'aprile

Bartolomeo *d'* Andrea Bocchi *pittore pistoiese promette di dipingere una tavola per la chiesa di S. Bastiano di Piuvica del contado di Pistoia* (1).

Archivio detto.
Rogiti di Ser Desiderio di Iacopo de'Forteguerri da Pistoia.Protocollo dal 1450 al 1453.

1450, die decimonono aprilis

Johannes Baptista olim *Niccolai* de Pistorio lignaiuolus, commorans ad presens in civitate Pisarum in capella Sancti Niccolai posuit et obligavit se *Juliano* olim *Jacobi* de Vulterris lignaiuolo, pisis habitanti in capella Sancti Viti, ad andandum cum dicto *Juliano* in Portugallo in civitate Lisbone et ad standum, habitandum et morandum cum dicto *Juliano* in domo ubi habitabit et ad laborandum cum eo et pro eo et ad eius petitionem, et eidem *Juliano* serviendum in quibuscumque laboreriis et exercitio dicte artis lignaminis, prout sibi a dicto *Juliano* fuerit impositum et commissum, in ipsa civitate Lisbone tantum: quam obligationem — suprascriptus *Johannes Baptista* fecit suprascripto *Juliano* pro tempore et termino annorum duorum incipiendorum a die qua intrabunt ad habitandum et laborandum in dicta civitate Lisbone, inde proxime futurorum, pro infrascripto salario et mercede — Et suprascriptus *Johannes baptista* convenit et promisit dicto *Juliano* ire cum eo et deinde habitare et stare ad servitium suum et laboreria sibi imponenda diligenter facere et bene complere et perficere prout ipsa res requirerit et exigerit, et custodire et saluare res et bona dicti *Juliani* tam domus quam apotece, et de eis fraudem vel furtum non facere, nec alii facere volenti, consentire et tempus suprascriptum complere cum dicto *Juliano*, salvo tamen iusto impedimento: quo impedimento cessato, totum illud perditum et amissum reficere et restaurare. Quare ex altera parte suprascriptus *Julianus* — promisit suprascripto *Johanni baptiste.*, dictum *Johannes baptistam* conducere secum in dicta civitate Lisbone omnibus suis ipsius *Juliani* expensis, victus tantum et ad alias expensas nauli ipsius *Johannis baptiste* navis in qua et per quam duceretur et conducto dicto *Johanne baptista* in terra Lisbone, ipsium totu dicto tempore tenere in eius domo quam habitabit, ad suas ipsius *Juliani* proprias expensas victus tantum; et ipsum *Johannem baptistam* non expellere sed servare sibi tempus predictum, et dare et solvere vel dare et solvi facere eidem *Johanni baptiste* pro suo salario et mercede ducatos viginti duo largos de auro in auro et de anno in anno; et sint conii florentini, de quibus ad presens solvere debeat suprascripto *Johanni baptiste* ducatos duos auri largos computandos postea in dicto salario.

Actum Pisis in conventu Sancti Niccolai, in camera Prioris, presentibus venerabili viro frater Nannio de Lisbona priore conventus Sancti Niccolai suprascripti et magistro Francisco Jacobi de Stia doctore medicine — anno MCCCCLXXXIJ — die XXXJ mensis Julii.

N° 155. 1483 (1482) 15 gingno

M° Jacobo di Nardo *da Carrara fa patto di dare e consegnare certa quantità di marmi a m°* Bartolomeo di Andrea *da Firenze, dimorante in Pisa.*

Archivio detto.
Rogiti di Ser Bartolomeo della Spina notaio pisano. Protocollo dal 1482 al 1483.

Magister *Jacobus nardi* scarpellinus de Carraria, partibus Luniciane — convenit et promisit magistro *Bartholomeo*, alias vocato *Bancho, Andree de Florentia* (1), magistro bardarum, Pisis abitanti in cappella Salvatoris, dare e consignare sibi dicto magistro *Bartholomeo* in civitate Pisarum lapidam vnam (*sic*) marmoream albam, pulcram, bonam, integram et recipientem, a cantonino digrossatam, longitudinis brachiorum quatuor et dimidii et latitudinis brachiorum duorum, et altitudinis sive grossitudinis vnius quarti brachii per totum; ac etiam vnum sportellum marmoreum album longitudinis et latitudinis vnius brachii per quadrum, et atitudinis sive grossitudinis suprascripte, positam et positum in civitate Pisarum, omnibus expensis ipsius magistri *Jacobi*, hinc ad per totum mensem iulii proxime futuri. Cum hac tamen conditione et pacto videlicet: quod in casu suprascriptus magister *Jacobus* infra dictum tempus et otto dies etiam post dictum tempus proxime futuros, non dederit et consignaverit suprascripto magistro *Bartholomeo* suprascriptam lapidam et sportellum, ut supra dicitur, tunc et in ipso casu ipse magister *Jacobus* teneatur et debeat — et sic promisit — suprascripto magistro *Bartholomeo*, dare et consignare sibi dicto magistro *Bartholomeo* in civitate Pisarum, ultra dictam lapidem et sportellum, etiam sex alios sportellos marmoreos eiusdem mensure, forme et condictionis, omnibus suis ipsius magistri *Jacobi* expensis, a dictis otto diebus usque ad medium mensem agusti (*sic*) proxime futuri, sine aliquo pretio vel mercede in predictis sex sportellis debita vel debenda per dictum magistrum *Bartholomeum*. Et in casu quo ipse magister *Jacobus* hinc ad per totum presentem mensem iunii dederit et consignaverit sibi dictam lapidam et sportellum in civitate Pisarum; tunc et in ipso casu ipse magister *Bartholomeus* teneatur et debeat dare et solvere sibi dicto magistro *Jacabo* medietatem vnius alterius floreni auri larghi, vltra infrascriptam equam et florenum infrascriptum, quia sic de predictis inter eos ex pacto solempni stipulato — actum extitit et conventum. Pro qua quidem lapida et sportello et eorum pretio, et pro suo ipsius magistri Jacobi salario et mercede — suprascriptus magister *Jacobus* habuit et recepit a suprascripto magistro *Bartholomeo*, florenum unum auri largum in vna parte, et in alia parte dictus magister *Jacobus* ad interrogationem suprascripti magistri *Bartholomei*, fuit confessus in veritate se habuisse et recepisse et apud se habere ab eo equam vnam grossam, bastatam, pili baii obscuri, cuiuscumque sit pretii vel extimationis etc.

(I) É questi quel Bartolommeo della Scarperia, maestro di vetro, del quale sono stati pubblicati indietro altri documenti. Dal presente si vede che egli fu ancora scarpellino e maestro di barde da cavalli.

N°. 156. 1484, 28 di marzo

Allogazione a Francesco *di* Giovanni (1) *Pittore fiorentino d'una tavola per Sant'Andrea d'Empoli*

Archivio detto.
Rogiti di Ser Pietro de' Ruminelli. Protocollo dal 1482 al 1484.

1484, 28 mensis martii.

Pateat etc., congregata et cohadunata universitate hominum – devotissime Sotietatis et discipline, Sancti Andree de Emporio in horatorio discipline, ubi et in quo dicta Sotietas seu homines dicte Sotietatis soliti sunt congregari — locaverunt — *Francisco Johannis Dominici Pieri* pictori de Florentia presenti — ad pingendum, intagliandum, deaurandum et ornandum coloribus, picturis, figuris et sculptionibus et aliis ornamentis infrascripte tabule, unam tabulam cum pluribus figuris cum uno pulcro et ornato sacrario seu tabernaculo, ponituram super altare cappelle maioris plebis Sancti Andree de Emporio ad honorem et reuerentiam Sanctissimi et ueneratissimi corporis Dni Nri Yhu Xpi: in quo sacrario seu tabernaculo dictum Sanctissimum Corpus teneri debeant et honorari, tali modo et forma ut fecit et pinsit (*sic*) in designum quod ostendit dictus *Franciscus* dictis hominibus et ad eius exemplar similitudinem et formam et etiam de meliori iusta *(sic)* suum posse et ingenio, bona fide continuando bene, diligenter, et fideliter dictum opus. Cum pacto quod dictus *Franciscus* conductor teneatur, debeat et obligatus sit dictam tabulam et tabernaculum cum omnibus suis pertinentiis faeere, complere et finire pro tempore et termino duorum annorum initiandorum die xv mensis augusti proxime futusi presentis anni, et ut sequitur finiendorum; et dictam tabulum super dictum altare ponere et fermare: et cum erit completa, posita, et firmata super altare predictum, tunc dicti homines dicte Sotietatis — debeant eligere unum hominem, ut eis videbitur et placebit, in eorum et dicte Sotietatis arbitrum et arbitratorem pro parte eorum et dicte Sotietatis, versa vice dictus *Franciscus* pictor unum alium eligere debeat in eius arbitrum — qui arbitri — sic a dictis partibus eligendi, possint — et debeant videre declarare et arbitrare — quantum sit valoris et extimationis dicta tabula seu opus dicte tabule, tabernaculi, et aliorum ornamentorum dicte tabule et omne et totum quod per dictos arbitros — indicatum — fuerit, intelligatur esse et sit verum pretium dicti operis. — Quam solutionem et pagamentum dicte tabule et tabernaculi, ut supra, dicta Sotietas seu homines dicte Sotietatis teneantur — solvere et dare dicto *Francisco* hoc modo, vidilicet: pro quolibet anno donec facta erit dictam tabulam *(sic)* — flor. quadraginta emporenses vid. ad libr. quantuor et sol il pro quolibet flor....

(1) Questo Francesco di Giovanni fu de' Botticini (n· 1446†1497 19 luglio). Egli è il padre di Raffaello parimente pittore. Di loro si parla nel Commentario posto dopo la Vita di Raffaellino del Garbo. (Vedi il Vol. IV pag. 243 delle opere del Vasari: Firenze, Sansoni 1879); dove è riferita la presente allogazione. La tavola esiste tuttavia, ma oggi è collocata nella Raccolta municipale di Empoli.

et cum completa erit dictam tabulam *(sic)* omne residuum mercedis et pagamenti dicti *Francisci*, quod per dictos arbitros esset declaratum, intelligantur esse et sint obligati dicti homines dicte Sotietatis ad solvendum — dicto *Francisco* etc.

N. 157. 1485, 3 d'Agosto

Bartolommeo *detto* Banco (1) *e* Giovanni *fratelli e figliuoli di* Andrea *di* Gerardo *da Firenze si allogano a fare il lavoro di pietra di macigno del chiostro del Convento di S. Francesco di Pisa.*

Archivio detto.
Rogiti di Ser Bartolomeo della Spina notaro Pisano, Protocollo dal 1486 al 1487.

1486 (1485) die tertia augusti.

Cum hoc sit quod spectabilis vir et miles egregius dominus Antonius Jacobi de Pisis operarius opere pisane maioris ecclesie et gubernator opere ecclesie et conventus Sancti Francisci de Pisis ordinis Fratrum Minorum, velit construere et hedificare de novo cum columpnis de petra macigni claustrum secundum dicti conventus Sancti Francisci et propterea uelit providerv de rebus necessariis ad dictum hedificium perficiendum; et cum magistri *Banchus* et *Johannes* fratres et filii olim *Andree Gerardi* de Florentia, pisis habitantes, fuerint et sint scarpellini et magistri laboreriorum de petra, et sic possint de ipsis laboreriis providere et supplere suprascripto hedificio, ut predicitur fiendo: Idcirco dictus dominus Antonius tanquam gubernator dicte opere sancti Francisci et pro ipsa opera ex una parte, et suprascripti magister *Banchus* et *Johannes* ex alia parte, fecerunt inter se infrascriptas conventiones, compositiones et concordias: videlicet, suprascripti magister *Banchus* et *Johannes* teneantur et debeant facere et laborare infra annum proximé futurum, columpnas triginta otto de petra macigni de gonfulina comitatus Florentie prope portum Signe, ubi dicta petra extrahitur, et basas et capitello spro dictis columpnis de eadem petra predicta. Que columpne sint grosse ad pedem, videlicet quelibet earum laborata, sit grossa quinque ottavorum brachii ad pedem, et longa similiter cum basis et capitellis in totum brachiorum quinque et trium quartorum alterius brachii. Ac etiam facere et laborare de dicta petra peduccios pro voltis fiendis, et etiam panchas pro muricciuolis de eadem petra predicta pro brachiis sexaginta muricciuolorum: que panche sint grosse unius quinti brachii iusti et sint latitudinis vnius brachii et unius digiti, et sint laborate cum bastone et una gola ab omni latere. Item etiam loborare capitellos supradictos cum viticcis et folis sfogliatis *all'anticha* et cum aliis laboreriis melioribus et pulcrioribus et variatis, prout melius potuerint: et dictos peduccios laborare, ita quod conrespondeant suprascriptis capitellis; et facere et laborare omnia et singula supracripta pulita et arrenata et bene, decenter, convenienter et diligenter ad usum boni magistri et dare et consignare

(1) Di questo Bartolommeo, detto Banco, abbiamo pubblicato indietro altri documenti. In questo comparisce per la prima volta Giovanni suo fratello e scarpellino.

omnia et singula suprascripta, ut supra laborata, suprascripto domino Gubernatori, posita in platea suprascripte ecclesie Sancti Francisci. Quare dominus Antonius Gubernator dicte opere Sancti Francisci — promisit suprascriptis magistris *Banco* et *Johanni* dare et solvere eisdem pro pretio, salario, et mercede suprascriptarum rerum et laboreriorum omnium laboratorum positorum et consignatorum, ut supra dicitur, hoc modo, videlicit; libras decem otto florenorum parvorum pro qualibet columpna, baza, capitello, peduccio suprascriptis, simileter laboratis et positis ut supra; et soldos viginti quinque de flor. parvis pro quolibet brachio suprascriptarum pancharum, laboratarum positarum, ut supra dicitur. Que omnia etc. etc.

N°. 158. 1485, 1 di settembre

Allogazione a Domenico del Ghirlandaio
delle pitture del coro di S. Maria Novella (1)

Archivio detto.
Rogiti di Ser Jacopo di Martino da Firenze. Filza dal 1481 al 1487.

1485, die prima mensis septembris. Actum Florentie in domo habitationis infrascripti Joannis, sita in populo Sancti Michaelis Berteldi de Florentia presentibus Dominico Andree de Alamannis et Martino Guglielmi de alamania, testibus etc.

Cum ad laudem, magnitudinem, et honorem omnipotentis Dei ac sue matris gloriose semper Virginis matris Marie, beatorumque Johannis et Dominici et aliorum infrascriptorum Sanctorum ac totius denique curie Paradisi, magnificus et generosus vir Johannes quondam Francisci domini Simonis de Tornabuonis civis et mercator florentinus, ad presens, ut asseritur patronus et jura indubitati patronatus tenens maioris cappelle site in ecclesia sancte Marie Novelle de Florentia, dictam cappellam suis propriis sumptibus ac intuitu pietatis et amore Dei decorare ac nobilibus et egregiis et exquisitis et ornatis pitturis *(sic)* ornare proposuerit, in exaltationem sue domus ac familie et ornationem (?) et decorem dicte ecclesie et cappelle prefate.

Idcirco providus ac discretus vir *Dominicus* olim *Thommasii Corradi* pittor *(sic)* et magister pitture constitutus etc. et eius proprio et privato nomine, ac etiam vice et nomine *Dauit* eius fratris carnalis et filii quondam dicti Thommasii, pro quo de ratho promisit etc. et se facturum et curaturum etc., aliter etc., locavit etc., dicto magnifico et generoso viro Johanni olim Francisci de Tornabuonis etc., operas suas dicti *Dominici* ac etiam dicti *Davit* ad standum et se exercendum et operas eorum et cuiuslibet eorum dandum et prestandum in pingendo et ornando pitturis et ornamentis totam dictam maiorem cappellam sitam in dicta ecclesia sancte

(1) La importanza del presente documento apparirà manifesta a chiunque vorrà considerare che per esso è stabilito ora l'anno in cui Giovanni Tornaboni allogò al Ghirlandaio le pitture della sua cappella in S. Maria Novella, le quali sono senza dubbio la maggiore e più stupenda opera che uscisse dal pennello di quel grande artefice fiorentino, e noterà altresì con che minuta diligenza il munifico e pio cittadino rassegni i soggetti che ne dovevano ornare le pareti, e come l'artefice nel condurre quelle pitture si conformasse intieramente alla volontà del nobile committente.

Marie Novelle de Florentia, modis, formis, qualitatibus, picturis et ornamentis infrascriptis videlicet; Pingere et ornare testudinem dicte cappelle et ut vulgariter dicitur *el cielo*. colore azzurrino, et ibidem et in dicta testudine pingere quatuor euangelistas ornatos, ut decens et coveniens est, auri finis (*sic*) et de auro fini. In pariete vero et seu facie dicte cappelle in parte dextera, pingere settem (*sic*) hystorias Virginis Marie, quarum prima sit et esse debeat incipiendo in parte inferiori, ascendendo ad superiorem partem, Nativitatis ipsius Virginis Marie; secunda, Sponsalitii et Nuptiarum Virginis Marie; tertia, Annuntiationis eiusdem; quarta, Nativitatis Domini nostri Jhesu Christi, cum Magis venientibus ad oblationem; quinta, Purificationis Virginis Marie; sexta, Jhesu Christi pueri disputantis in medio doctorum in templo; settima (*sic*) mortis Virginis Marie una cum duodecim Apostolis Christi.

In parte vero, seu facie dicte cappelle in parte sinistra pingere settem alias hystorias, quarum prima sit et esse debeat, incipiendo ut supra in parte inferiori, tendendo ad superiorem, Zacherie in templo; secunda, Visitationis Sante (*sic*) Helysabette facte per Virginem Mariam; tertia, Nativitatis Santi (*sic*) Johannis Batiste; quarta, Santi Johannis euntis in desertum; quinta, Predicationis eiusdem Sancti Johannis in deserto; sexta, Baptismi Christi; settima, Convivii Herodis et eiusdem Santi Johannis decollatio. Et easdem hystorias pingere unam super et desuper alteram, cum ornamentis et qualitatibus infrascriptis.

In parte vero è contra seu . . . altare ipsum, hoc est in facie parietis in qua sunt et existunt fenestre vitree, pingere in parte dextera, incipiendo a parte inferiori, eundo et tendendo ad superiora, fighuram Beati Antonini quondam Archiepiscopi florentini, et desuper ipsum figuram Santi Thomme de Aquino, et desuper ipsum sanctum Thommam, figuram santi Dominici. In parte vero sinistra eiusdem faciei dicti parietis pingere, incipiendo in parte inferiori, eundo ad superiora, figuram Sante Chaterine de Senis, et desuper ipsam, figuram Santi Vincentii, et desuper ipsam, figuram Santi Petri martiris, et desuper dictas fenestras vitreas existentes in dicta cappella, prius claudere et murare eorum sumptibus dictorum locatorum oculum existemtem super dictas fenestras, et ibidem et in dicto loco pingere Coronationem Virginis Marie cum gloria et seu representatione glorie Paradisi. Et promiserunt dicti locatores — omnes dictas hystorias, figuras, et pitturas, pingere, facere et oxornare cum omnibus coloribus, ut vulgariter dicitur, *posti in frescho*, et cum azzurro ultramarino, ubi opus esset in dictis figuris colore azurrino, et in aliis ornamentis et campis ubi opus esset colore azurrino, pingere et ornare cum azurro magno fini et omnes ricintos facerè apparentes marmoris et coloris marmorei cum ornamentis auri finis et cum aliis coloribus, prout convenit et oportunum erit et necessarium iuxta operis pulcritudinem et qualitatem: ac etiam, ut vulgariter dicitur *e pilastri* dicte cappelle pingere cum fogliaminibus apparentibus coloris marmorei cum campo auri finis et capitellis ornatis auro fini et aliis coloribus condecentibus et requisitis in tali opere; et archum existentem super dictis pillastris pingere cum requadratis appa-

rentibus coloris marmorei cum campo coloris azurirni, cum rosonibus ornatis auro fini. Et insuper colunnas (*sic*) dicte cappelle in parte exteriori pingere colore petrino, ut vulgariter dicitur, *bigio*, et in omnibus dictis suprascriptis historiis et circa dictas historias et figuras et pitturas, de quibus supra fit mentio, et totam et vniuersam dictam capellam et parietis et testudinem et archus et collunnas, dicte cappelle intus et extra pingere et figuras, hedifitia, castra, civitates, montes colles, planities, aquas lapides, uestes, animalia, aves, bestias quascumque et omnes cuiuscumque generis apponere pingere et annotare, et ornare, ut et prout et sicut videbitur dicto Johanni, secundum tamen taxationem colorum et auri, de quibus supra; et omnia arma que volueri et in qua parte voluerit dictus Johannes, apponi et pingi, pingere ad suam liberam voluntatem et beneplacitum.

Cum pacto tamen inter dictum locatorem et dictum conductorem, — quod antequam dictus locator — incipiat pingere et ornare aliquam ex hystoriis et pitturis suprascriptis, vel aliquam earum, quod prius et ante amnia teneatur designare et proponere dicto Johanni designum factum ipsius historie et picture fiende: et quod dictus locator possit inde postea talem hystoriam et pitturas inchoare et pingere et ornare cum illis additionibus et eo modo et forma et prout et sicut supra dicto designo declaratum fuerit per dictum Johannem, et in effectu in omnibus et per omnia prout processerit de voluntate ipsius Johannis, salvis nihilominus limitationibus et taxationibus suprascriptis circa colores et aurum.

Et promisit dictus locator — dicto Johanni conductori — pingere et laborare et operari etc., diligenter et arbitrio boni viri, et perficere ac perfecisse et perfectionem dedisse toti ditti operi et vniuerse pitture dicte cappelle et totam dictam cappellam pingisse (*sic*) et ornasse — ad per totum mensem may anno domini 1490, incipiendo opus predictum de mense et initio mensis may proxime future et sic in quatuor annis proxime futiris, incipiendo ut supra. Et promisit dictus magnificus vir Johannes conductor predictus pro toto dicto opere et picturis et ornamentis et pro tota dicta conductione dicto *Dominico* — dare et soluere dicto *Dominico* — summam et quantitatem florenorum mille centum auri largor. ad rationem librarum sex pro quolibet floreno de moneta, hoc modo, videlicet: quolibet mense dictorum quatuor annorum ratham tangentem etc. etc. etc.

N. 159. 1485, 4 d' ottobre

Allogazione a Giuliano da Sangallo *per la costruzione della chiesa di S. Maria delle Carceri di Prato* (1).

Archivio detto.
Rogiti di Ser Quirico Baldinucci da Prato. Protocollo dal 1483 al 1485.

Actum in terra Prati, in porta Capitis Pontis, in domo proprie residentie hospitalis Sancti Silvestri, alias del Dolce, terre prati, presentibus ibidem

(1) La Chiesa di S. Maria delle Carceri di Prato, è meritamente riputato un gioiello dell'architettura fiorentina del secolo XV. Il contratto della sua costruzione al San Gallo era stato veduto da altri, ma nessuno l'aveva pubblicato. Noi lo stampiamo dal suo originale, stimando di far cosa gradita agli amatori della Storia dell'Arte.

Dominico olim Blasii Bartoli de porta Capitis Pontis, commisso in dicto hospitali, et Dominico olim pacini Simonis Galli de dicta porta, et Antonio olim Gerii Bernardi lignario etiam de dicta porta, omnibus de dicta terra prati, testibus etc.

Pateat qualiter egregius et ingeniosus vir *Julianus* olim *Francisci Bartoli* alias *da Sangallo,* de populo Sancti Laurentii extra murus de Florentia, architectus florentinus locavit operas et industriam suam ut architectus et capomagister in arte architecture et edificandi, Reverendo in Cristo patri domino Carolo de Medicis de Florentia protonotario apostolico et proposito pratensi dignissimo, et honorandis viris Hieronimo olim Laurentii Cenni de Prato, hospitalario hospitalis Misericordia de Prato, et Braccio olim Leonardi Ser Braccii de Prato, hospitalario dicti hospitalis Dulcis, nec non et Magino olim Salis Balduccij, et Nicolao olim Andree Antonii, et Bartholomeo olim Andree Bartholomei Luschini, et Stephano olim Silvestri de Calvis, omnibibus de dicta terra prati, et nunc quatuor operariis Oratorii Sancte Marie ad Carcerem dicte terre Prati et predictis omnibus in hac parte commissariis Comunis et terre Prati ad infrascripta omnia et singula per dictum Comune deputatis, prout de eorum commissione publice patere dicitur in libris Reformationum dicte terre Prati per Ser Nicolaum Risorbolum de Florentia honorabilem cancellarium dictis Comunis, et ut commissaris predictis ibidem presentibus, et pro dicto Comuni Prati et dicto Oratorio et Operaris pro tempore existentibus, recipientibus et conducentibus, absente tamen dicto reuerendo patre domino Carolo protonotario et proposito antedicto, pro quo prefati omnes Commissarii eius college in ah parte — promiserunt dicto *Juliano* architetto predicto presenti et pro se et suis heredibus recipienti et stipulanti, et facere et curare et se facturos et curaturos ite et taliter, omni et qualibet juris et facti exceptione remota, quod dictus dominus et prepositus, infrascripta omnia et singula ratificabit, approbabit et omologabit; alias de suo proprio facere et observare et adimplere promiserunt et convenerunt dicto *Juliano* presenti, et ut supra recipienti et stipulanti; ad dandum et prestandum dictas operas et industriam suam ut architectus et Capomagister predictus in nova constructione, fabrica, et edificio noviter fienda et fiendo de ecclesia et seu oratorio Sancte Mariæ ad Carcerem predicto in terra Prati iuxta arcem dicte terre Prati, secundum modulum factum et editum per ipsum *Julianum* architectum predictum; qui modulus ad presens est penes dictos operarios dicti loci.

Et promisit et convenit dictus *Julianus* architectus predictus se et suos heredes et successores dictis hospitalariis et operariis Commissariis predictis presentibus et ut supra recipientibus et stipulantibus et mihi notorio infrascripto ut publice persone recipienti et stipulanti, pro omnibus et singulis quorum interest etc., dare et prestare operas et industriam suam in dicto edificio, constructione et fabrica, et bene et fideliter et studiose operari iuxta posse suum, et omnia et quecunque utilia facere et inutilia pretermittere, et omnia alia facere et exercere circa predicta et infrascripta, bona fide et cum omni debita diligentia ad usum boni archi-

tecti et capomagistri, durante tempore dicte nove constructionis et fabrice dicti Oratorii, et donec et quousque dictum Oratorium fuerit perfectum completum et consumatum, secundum formam moduli predicti, salvis tamen pactis et conditionibus infrascriptis.

Et uersa vice dicti hospitalarii et operarii, commissarii in hac parte predicta, absente tamen dicto Rev.do patre domino Carolo protonotario et preposito antedicto, omnes simul et unanimes — per se et operarios dicti Oratorii successores pro tempore existentes, et pro dicto Oratorio Sancte Marie ad Carcerem et pre dicto Comuni Prati solemniter promiserunt et convenerunt dicto *Juliano* architecto et dare et solvere — pro mercede et labore sua et pro suo salario soldos triginta flor. parv. pro quolibet die quo ipse *Julianus* — steterit in dicta terra Prati; pro prestando et dando dictas eius operas et industriam in dicta nova constructione et fabrica et edificio dicti Oratorii, ut Architectus et Capomagister, et insuper dare et facere eidem *Juliano* — pro eo tempore pro quo steterit in dicta terra Prati — expensas condecentes pro ipso *Juliano* et pro uno equo tantum et dumtaxat et non ultra — cum his pactis et conditionibus in principio et medio et fine presentis contractus et instrumenti appositas — videlicet;

Quod dictus *Julianus* — teneatur — ad omnem requisitionem simplicem dictorum Operariorum et pro tempore successorum uel aliorum dicte fabrice prepositorum, personaliter venire — ad dictam terram Prati pro prestando dictas eius operas et industriam — in dicta fabrica et edificio, et ibidem stare et morari et etiam de dicta terra Prati recedere ad omnem voluntatem dictorum operarorium — totiens quotiens dicti operariis — videbitur et placebit. Et si licentiatus non recesserit, non possit a die dicte licentie inclusive aliquod salarium petere uel consequi pro eo tempore pro quo licentiatus non discessisset; cum hoc tamen quod dicto *Juliano* semper provideri debeat de vno equo pro eo, sumptibus et uehectura dicte opere in aduentu et reditu suo, hoc est quotiens veniret pratum dicta de causa et redierit licentiatus Florentiam; et cum hoc etiam pacto, quod dictus *Julianus* — non possit — per se seu alios conducere aliquem magistrum cementarium siue muratorem et seu aliquem lapicidam et seu marmorarium et ut vulgo dicitur *maestro di pietra,* et aliquas operas manuales in dicto et pro dicto edificio et fabrica: sed operarii et commessarii predicti et successores dicte fabrice prepositi et preponendi possint et debeant ponere et conducere omnes magistros et operas in dicto edificio, prout eis videbitur et placebit; hoc excepto, quod dictus *Julianus* — possit — conducere et tenere in dicta nova constructione et fabrica unum lapicidam et unum magistrum cementarium siue muratorem dumtaxat, quos voluerit, ad electionem ipsius architecti et eum et eos remouere et alium seu alios substituere et reconducere et loco ipsorum ponere, sumptibus et expensis dicte opere, ad hoc ut in absentia ipsius architecti, servent mandata ipsius et exequantur melius que per dictum architectum fuerint ordinata — cum oh tamen, quod de mercede et salario dictorum duorum magistrorum, debeat dicti duo magistri — convenire et remanere in concordia cum dictis operariis — et cum hoc etiam pacto — quod dicti operarii — debeant locare dicto *Ju-*

liano — omne laborerium et omnia opera lignaminis que fient et fieri debebunt pro tempore in dicto edificio et oratorio, videlicet, tectum et hostia et fenestras dictis oratorii et cetera eiusmodi et similia secundum formam dicti moduli, si dictus *Julianus* — ea facere et conducere voluerit pro eo pretio et mercede de quibus remanebunt in concordia — dicti operarii — et dictus *Julianus*, et quod pro pari prectio et mercede dictus *Julianus* — in predictis preponatur et preponi debeat omnibus aliis. Que omnia et singula dicte partes — promiserunt etc. etc. etc.

N.° 160. 1485, 21 di novembre

Il D.r Lodovico *de'* Taviani *da Pistoia dà a fare un lettuccio di legname a* Iacopo della Chioccia *legnaiolo pistoiese.*

Archivio detto.
Rogiti di Ser Lorenzo Bellucci da Pistoia. Filza dal 1482 al 1489.

1485 die xxj mensis novembris,

Egregius legum doctor dominus Lodovichus Niccholai de Tavianis de Pistorio locovit *Jachobo Salvatoris mei Chiocce* lignario de Pistorio — ad faciendum unum lettuccium cum una chassia (*sic*) que habeat cornices nuci, (*sic*) que habeat concordare cum chassis dicti dni Lodovici, et residuum dicti lettucci sit totum album, altitudinis brachiorum trium cum uno tertio alterius brachii et ultra; quod facies dicti lettucci sive tabula attingat letteriam dicti dni Lodovici, omnibus sumptibus dicti *Jacobi*. Et qui lettuccius habeat unum cornicione magnum cum architraue et tabula frigi simul iunta et dictum cornicione simul etiam cum lecto; infra tempus et terminum otto dierum mensis decembris proxime futuri, sub pena florenor. decem; et hoc, pretio et nomine pretii florenor, duorum largorum in auro et solidor. decem denarior.: de quo pretio dictus *Jachobus* habuit et recepit a dicto dno Lodouico florenum unum auri in auro — residuum vero dicti pretii habere et recipere debeat finito suprascripto lettuccio et letteria in chamera dicti domini Lodovici.

Post quam die xxiij februarii 1489 dictus *Jocobus Saluatoris* promisit dictum lettuccium in dicto stromento contento corticare cum cornicibus nucis et facere et actare alio modo, ut diceretur et declararetur per *Venturam* (1) lignarium de Pistorio, ultra dictum pretium — pro libris quinque denarior. soluendorum post terminationem dicti lettucci etc. etc.

N.° 161. 1486, 3 di giugno

Petro di Ser Lorenzo, Paoli è sostituito a Francesco di Antonio miniatore, morto, per dichiarare il prezzo d' una tavola dipinta da Domenico del Ghirlandaio *per la chiesa di S. Girolamo di Narni.*

Archivio detto.
Rogiti di Ser Domenico Guiducci di Firenze. Protocollo dal 1485 al 1490.

1486, 3 Junii.

Frater Iohannes galeocti de Narni mandatarius conventus Sancti Jeronimi de Narni, ordinis Sancti Francisci, ex una, et

(1) *Ventura Vitoni*, legnaiolo ed architetto pistoiese, assai noto.

Dominicus Thommasij pictor ex alia, remanserunt in concordia tenoris infrascripti: quod in locum *Francisci Antonii* miniatoris premortui, intelligatur subrogatus Pierus ser Laurenti de Pagolis, una cum nobili viro Pandulfo Vannis de Oricellariis, cum eadem facultate super declarationem pretii cuiusdam tabule confecte per ipsum *Dominicum* ad instantiam dictorum fratrum, prout constat quadam privata scripta inter dictas partes confecta, cum promissione in presentia domini vicarii Reuerendissimi domini Archiepiscopi Florentini, presentibus ser baptista filippi cappellano Sancti Johannis, et ser Dominico de Fighino, testibus.

N.° 162. 1486, 25 di novembre

Memoria dell'allogazione della pittura d' una tavola per il comune di S. Leo di Montefeltro, fatta a Luca di Frosino (1) *pittore fiorentino.*

(Da un libro ms. Debitori e Creditori di messer Angelo Vecchietti rettore di San Donato de'Vecchietti, segnato A. che va dal 1480 all'88, esistente nell'Archivio dei Marchesi Corsi di Firenze, a. c. 32).

Jhesus. 1486, die 25 novembris

Ricordo come oggi questo dì 25 di novembre 1486 io Angelo Vechietti ho hallogato a M° *Lucha* di *Frosino* una tavola d'altare per gli omini et comune di Sancto Leo di Monte feltro, di braccia 4 et uno terzo larga et braccia sei e mezo alta, con figure cinque nella prima parte et con figure quatro nella parte di sopra et con figure tre in ogni collona et tre meze figure nella predella a sue oro fine a sua colori fini et legname, secondo il disegno, per prezo et pregio di fiorini 28 larchi d'oro in oro, e quali gli pagherò secondo lavorerà di mano in mano: et il sopra detto lavorio debba dare fatto per tutto marzo 1487, et io gli debbo avere fornito il pagamento il detto dí f. 28

Et più Se fiorini dua d'oro in oro f. 2

Io *lucha di fuosino* sopradetto sono chottetto a quatto di sopra e chitto (*é scritto*).

Anne avuto a' dì 23 di dicembre 1486 ducato uno e mezzo d'oro in oro: portò Richardo di Mathia di ser Richardo legnaiolo contanti: prese detto M° *Lucha* F 1 e mezo

A' di 27 a detto M° *Lucha* et per lui a Ricardo di Mathia fiorino uno d' oro in oro ciò f. j F j° d'oro in oro

A' dì 31 genaio a *Lucha* et per lui a Ricardo, fiorino uno d'oro F j° d'oro in oro

A dì 8, fiorino uno portò Ricardo come dice *Luca* F j° d'oro in oro

A' dì 3 di marzo 1486 grossoni tre portò M° *Lucha* contanti F O, l. j. s. j

(1) Questo Luca di Frosino è pittore fino ad ora sconosciuto. Sappiamo che egli nacque nel 1444, e che le sue memorie giungono fino al 1515. Ci è ignoto se la tavola da lui dipinta per San Leo esista tuttavia: nè conosciamo altre sue opere.

A' dì 8 di marzo 1486 lire et soldi diciassette, portò M° *Lucha* dixe per dare al legnaiolo al Canto de' Pazzi per intagliare e fiori e le base F° O, l. j, s. 17

A' dì XI a maestro *Lucha* per resto del legname, grossoni nove et soldi 2. Fa la somma di tutto infino a detto dì di fiorini cinque e mezo, come apare di sopra partita per partita F° O. l. 3, s. 4, d. 8.

A' dì detto a M° *Lucha* per dipignere la tavola, florini uno d'oro in oro F. j d'oro in oro

A' dì 12 di maggio a M° *Lucha* per dipignere, F. quatro d'oro in oro larghi F 4 d'oro in oro l.

Anne avuto a' di 14 ducati dieci d'oro in oro, et dua prima da *Giovanni* orafo, che fanno la somma di fiorini dodici larghi d'oro in oro havoti lui in contanti, proprio F. 12 d'oro in oro

A' di 29 d'agosto 1487 a M° *Lucha* F. dua d'oro in oro: portò detto F. 2 d'oro in oro

A dì XI, fiorini tre et grossoni dieci in bottecha sua, cioè di detto M° *Lucha* a lui contanti F. 3, l. 3, s. 10

Et più a dì detto ogni suo resto insino alla sopradetta somma.

N.° 163. 1487, 5 di luglio

Testamento di Pietro della Francesca
pittore del Borgo S. Sepolcro (1).

Archivio detto.
Rogiti di Ser Lionardo di Ser Mario Fedeli. Protocollo dal 1473 al 1490.

In nomine individue Trinitatis Amen. Anno a Nativitate domini nostri Jhus Xpi millesimo quadringentesimo optuagesimo septimo. Indictione quinta et die vero quinta mensis Julii.

Magister *Petrus* pictor otim *Benedicti Petri Benedicti de Franceschis* de burgo Sancti Sepulcri, sanus per gratiam domini, domini nostri Jhu Xpi Salvatoris nostri, mente, intellectu. ac corpore, volens et intendens de suis bonis, rebus et iuribus quibuscunque disponere, suum ultimum testamenmum nuncupativum sine scriptis, et eius ultimam voluntatem condere et ordinare et facere; quod et quam in hunc modum et formam facere procuravit, videlicet:

In primis animam suam altissimo Redemptori recomendavit et voluit et iussit sepelliri corpus suum, quando contigerit mori, in ecclesia abbatie Burgi supradicti, in monachato dicte ecclesie, in sepultura sua et suorum predecessorum. Et amore dei et pro anima sua reliquid (*sic*) et legavit operi ecclesie abbatie predicte libras decem den. cortonensium, convertendas in utilitatem dicte opere et non aliter.

Item reliquid et legavit de bonis suis pro honorando Corpus Domini in ecclesia Abbatie libras decem den. corton.

Item reliquid et legavit operi Sotietatis gloriosissime Virginis Marie

(1) Pietro della Francesca, dopo questo testamento, visse ancora altri cinque anni, essendo morto il 12 di ottobre 1492.

de Abbatia dicti Burgi libras decem den. cort. convertendas in utilitatem dicte sotietatis et opere eiusdem et non aliter nec alio modo.

Item amore Dei et pro anima sua operi gloriosissime Virginis Marie de la Regghia de prope Burgum, libras decem den. corton. convertendas in utilitatem dicte opere et non aliter.

In omnibus autem aliis suis bonis et rebus mobilibus et immobilibus et iuribus et actionibus quibuscumque presentibus e futuris, eius heredes universales instituit et esse voluit atque fecit Antonium eiusdem testatoris fratrem carnalem pro dimidia, et eius filios masculos dicti Antonii; si dictus Antonius tempore mortis dicti testatoris non viueret, equis portionibus inter ipsos filios dicti Antonii pro dicta dimidia, et pro alia dimidia instituit esse voluit atque fecit Franciscum, et Sebastianum et Jeronimum fratres et quondam filios Marci quond. fratris carnalis dicti testatoris et nepotes ipsius testatoris, pro altera dimidia, equali portione inter eos. Quos Antonium et filios, ut supra, pro dimidia, et quos Franciscum et Sebastianum et Jeronimum eius nepotes predictos eius uniuersales instituit esse voluit atque fecit et sibi testatori succedere voluit pleno iure. Et hoc et hanc asseruit dictus testator esse eius ultimum testamentum et eius ultimam voluntatem. quod et quam valere voluit iure testamenti nun cupativi sine scriptis.

Factum et conditum fuit dictum testamentum — per dictum magistrum *Petrum* — et de eius voluntate — scriptum — per me Leonardum notarium in burgo Sancti Sepulcri in appotecha Abbatie residentie mei notarii — sitam subtus domibus dicte Abbatie, presentibus etc.

N.° 164. 1487, 9 di luglio

Allogazione a Matteo di Giovanni (1) *pittore, cittadino del Borgo S. Sepolcro e dimorante in Siena, della pittura di una tavola per l' altare maggiore della chiesa di S. Maria de' Servi di Borgo S. Sepolcro.*

Archivio detto.
Rogiti di Ser Bartolomeo Manfredini. Filza dal 1487 al 1489. N.° 44.

Die nona iulii 1487, in claustro conventus predicti, Reuerendus pater magister benedictus Nerii de Capassinis de burgo, nunc vicarius conventus et loci Sancte Marie Servorum de dicto Burgo, agens hec omnia infrascripta cum licentia et consensu reverendi patris magistri Sebastiani Thome de Rigeis di dicto Burgo — nomine et vice dicti conventus et capituli et pro ipso conventu et capitulo et loco Sancte Marie — locavit magistro *Matheo Iohannis bartoli*, ciui burgensi, habitanti Senis, ad pingendum quamdam tabulam, actandam et locandam altari maiori dicte ecclesie, eo modo et forma qua constat ex designato cuiusdam cartule designate, in cuius medio est designata Asumptio beate virginis cum apostolis et mo-

(1) Questi è Matteo di Giovanni Bartoli, originario del Borgo San Sepolcro, ma da Siena, se non di nascita, almeno d' arte sua per la lunga dimora che fece in quest' ultima città, dove si accasò, e morì nel 1495. Egli è uno de' più notabili pittori della scuola senese negli ultimi anni del 400. La tavola fatta per la chiesa de' Servi esiste tuttavia in quel luogo.

numento, et angelis elevantibus eam et Deo patre supra ipsa existente; ita latere dextro, cum petro et paulo, eo sinistro Johanne baptista et beato filippo ordinis servorum; et sub pedibus ipsarum figurarum, istoria Virginis Marie in figuris parvulis, cum cornicibus auratis per totum et sculptis, ut in exemplo patet, et campis coloratis azurro ultramarino puro et in rodundis (rotundis) et ipsorum summitate Annumptiatio Virginis, cum culumpnis auratis et cum candelleriis antiquis: latitudinis brachiorum sex cum tertio alterius brachii uel circa, et longitudinis convenientis et correspondentis ipsi latitudini; implendam, finiendam et terminandam per tempus trium annorum; et a latere posteriori in frustro in medio crucifixum cum Virgine Maria et Johanne, in terra viridi. Que quidem tabula debeat in perfectione figuram conrespondere non minus quam in eo [*exemplo*] continetur. Quod exemplum debeat remanere penes dictum magistrum Benedictum. Quam quidem tabulam debeat ipse magister *Matheus* omnibus suis sumptibus et expensis (*facere*), et ipsam ponere supra ipso altari maiori, excepta gabella dicti burgi, cum pretio et pretii nomine fiorenorum ducentorum, ad rationem librarum 5 pro singulo floreno, solvendorum per infrascripta tempora, modo, et forma, videlicet; florenos quinquaginta per totum tempus octobris proxime venturi, et alios quinquaginta deinde ad unum annum, et successive annuatim florenos quinquaginta pro quolibet anno usque ad integram satisfactionem dicte summe: et versa vice dictus magister *Matheus* conductor predictus, promisit dictam tabulam, ut supra, congruis figuris, coloribus, modo et forma et temporibus suprascriptis finire, terminare etc. etc.

N.° 165. 1487, 17 d'agosto

Lettera della Signoria di Firenze agli operai della Cintola di Prato in favore di Francesco Ferrucci *scultore fiorentino*

Archivio di Stato in Firenze.
Registri delle Lettere missive della Signoria, seconda Cancelleria, n° 13, c. 49 t.

Operariis cappelle Civitate Prati

Francesco di *Simone* di *Giovanni* (1) intagliatore di marmi ha exposto dinanzi da noi, chè tolse affare uno Corpus Domini nella cappella maggiore della Pieve di Santo Stefano di Prato, per quello pregio che dichiarasse messer Carlo de' Medici Proposto di cotesta terra di Prato. Sentiamo che lui chiarì decto prezzo fior. 185 d'oro larghi, et per quello che noi sentiamo essere comune giudicio di chi ha notitia del magistero et della fatica durata in decto lauorio, lui l'a stimato meno ducati 70 et più che non se ne veniva, in modo che decto *Francesco* dice che havuto conto et de' marmi et delle opere de' garzoni et del tempo messo in detto lavorìo, non ne sta in capitale in fiorini 180 larghi, sanza guadagnare un quattrino.

(1) *Francesco* di *Simone* de' Ferrucci da Fiesole nacque nel 1440 e morí nel 1493. Fu scolare di Andrea del Verrocchio nella scultura. Fra le sue opere, che sono sparse in Firenze, a Prato ed a Bologna, la più notabile è in quest'ultima città, cioè il sepolcro di Alessandro Tartagni giureconsulto. L'opera fatta per la chiesa cattedrale di Prato, di cui parla il documento è perduta.

Hacci pregato che noi gli prestiamo favore, che avendo lui fatto una cosa bellissima et servito la Pieve egregiamente, che non voglino esser cagione di portarsene le fetiche sue, che è pouero huomo, e bisogna che uiva del magistero suo. Inteso noi questo, vogliamo et comandianvi che alla hauuta di questa, voi diate modo di mandare dinanzi da noi uno vostro sindico con pieno mandato affare tanto quanto può l'Opera e cappella predecta; sì che ci sia intra quattro dì dal dì harete questa nostra. Udiremolo insieme con decto *Francesco*, et ingegnerenci di pigliarci qualche honesto modo. Die xvij augusti 1487.

N.° 166. 1488, 12 di gennaio

Niccolò d'Iacopo Paoletti *legnaiuolo di Pistoia piglia a fare un letto ed un lettuccio di legname per Vincenzio Politi da Pistoia.*

Archivio detto. *Sezione dell'Archivio Notarile.*
Rogiti di Ser Lorenzo Bellucci di Pistoia. Filza dal 1482 al 1489.

1488 12 di gennaio.

Niccolaus Jacobi honofri de paulectis lignarius de pistorio promisit et conuenit Vincentio olim Ser Niccolai bartholomei politi de pistorio — facere et seu fieri facere pro chamera dicti Vincentii, in domo dicti Vincentii, unum lectum fulcitum cum chassis et aliis rebus pertinentibus ad dictum tectum cum uno lettuccio, hoc modo et laborerio, videlicet:

Che la lettiera cioè capezzale da chapo, dalbero impiallacato di noce e couertato tucto seccho e stagionato, la quale debbe essere cornicata di cornici morte con brùcolo intorno di tarsia e nel uano di mezzo a decto capezzale vna ghirlanda ouer festone di commesso di silio e profilata, con due spiritelli che la tenghino, con larme in decta ghirlanda di uincentio e della moglie, tucta di commesso, tucta piallata e pulita con fregio e cornicone e architraue, come si costuma oggi alla moderna: et il chapezzale da pie' di decta letiera, debbe essere tucto biancho, cioè dabero (*sic*: d'albero) cornicato intorno, solamente sia el bastone di sopra per tondo di noce in su decto capezale e latorili di decto lecto e lettiera: quello dirieto tucto biancho e quello dinanzi cornicato di noce intorno, bene commesse: et le chasse intorno a decto lecto debbono essere tucte coperte di noce, cioè impiallaccate di noce con cornici morte e brucolo di tarsia, riquadrate, tucte pulite con base e batitoi intorno con brucolo e tarsia alusanza, pulite et attestate intorno a decto lecto: et il lettuccio debbe essere daboro foderato et impiallaccato di noce, tucto riquadrato con cornici morte et brucoli (di) tarsie, et di commesso di silio e fusagine, e quadri di decto lettuccio con bracciuoli doppi et di noce forniti, attestandosi la lettiera et il lettuccio a uno tenere con cornicone magnum (*sic*) a uno tenere colla lettiera, con fregio et architraue a uno piano colla lettiera, quasi ad uno medesimo modo et lauoro del lettuccio, chome sta quello di maestro lorenzo politi in chamera di decto maestro lorenzo et di quello lauoro di tarsia et commessi, saluo el cornicone non auer nè becchatelli nè uuolta come quello, ma solo ad uno piano et a uno tenere, d'altezza di braccia . . . . di lunghezza braccia . . . .

et la lettiera, cioè il lecto daltezza di braccia . . . . di lunghezza di braccia . . . . di larghezza di braccia . . . . di lunghezza di braccia . . . . come preseno la misura fra loro. Et totum istud laborerium debet esse bonum et bene, rite et recte factum ad iuditium boni et intelligenti (*sic*) et in arte periti viri, et dare factum et finitum dictum laborerium — per totum mensem mai proxime futuri, Pistorii et in domo et talamo dicti Vincentii, fulcitum omni meliori modo etc. Et hoc ideo fecit dictus *Niccolaus* quia dictus Vincentius — promisit — dicto *Niccolao* — pro dicta letteria et lettuccio — dare — solvere — florenos viginti tres auri in auro larghos infra dictum tempus et finitum dictum laborerium etc. etc.

N.° 167. 1488, 29 di gennaio

Fondazione in Pistoia della Capitudine dell'Arte de' Pittori.

Archivio e Sezione detti.

Rogiti di Ser Bartolomeo del fu Giob de' Pieraccini da Pistoia. Protocollo dal 1486 al 1489.

1488, die xxviiij Januarii

Convocatis, congregatis et cohadunatis in infrascripto loco infrascriptis hominibus et personis pictoribus existentes (*sic*) ad presens in civitate pistorii, ut dixerunt, in qua convocatione etc. interfuerunt infrascripti, videlicet:

Jacobus hyeronimi bandini de panciaticis

Franciscus Ser Jacobi laini, suo nomine proprio et vice et nomine *Laini* sui fratris, pro quo de rato promisit etc. alias etc.

Bernardinus Antonii Ser Antonii Ser Antonii alias del Signore;

Julianus Pasquini della brana;

Thomasius Talenti Laini;

Pasquinus Jacobi Antonii de Mugello, habitator Pistorii;

Johannes alterius *Johannis Simonis* francigena, habitator Pistorii;

Laurentius Johannis Pieri domine buone;

Nicholaus Vitalis, suo nomine proprio et vice et nomine magistri *Nicholai de Senis*, habitatoris Pistorii, pro quo promisit de rato etc. alias etc. (1).

Donatus petrini domicelli de brescia habitator Pistorii;

Omnes pictores existentes, ut dixerunt ad presens in civitate pistorii, dicentes et affirmantes se ipsos ad invicem habuisse colloquium et tractatum infrascripta omnia faciendi; et cupientes et volentes de nouo facere, formare et creare in civitate Pistorii capitudinem artis pictorum et capitula cum quibus ipsi pictores possint se ipsos regere et similiter gubernare, prout alie artes in civitate Pistorii existentes; quapropter *Nicholaus Vitalis* unus ex cohadunatis suprascriptis, videns et considerans hoc opus esse laudabile, dixit et consuluit, quod sibi videatur fore valde utile pro eis primo et ante omnia videre unam voluntatem et partitum inter eos, videlicet; quoad omnes suprascripti cohadunati intelligantur esse et sint ma-

(1) Di questi pittori, i più sono rimasti oscuri, salvo due cioè Bernardino d'Antonio, detto più comunemente del Signoruccio, che fu padre di fra Paolino domenicano, scolare di Fra Bartolomeo Della Porta e Niccolò da Siena, di cognome Bigozzi, del quale parla un altro documento che segue del 30 aprile 1491.

triculati et in arte recepti et admissi; et teneantur et obligati sint quilibet ipsorum pro rata solvere omnes expensas fiendas occaxione creandi dictam artem et couficendi capitula super ea et omnia in predictis et circha predicta facienda necessaria et opportuna. Super quo consilio, misso partito et secreto scruptineo ad fabas nigras et albas, ut moris est, obtemptum fuit partitum per fabas decem nigras pro sic, nulla alba in contrarium reperta pro non.

Postea uero incontinenti in infrascripto loco *Jacobus Bandini* surgens consuluit, scruptinentur quator homines ex eis cohadunatis, per eos nominandi, et illi duo qui obtinuerunt partitum per plures fabas nigras, habeant auctoritatem tantam quantam habet totum corpus artis predicte circha creationem dicte artis et confectionem capitulorum, cum quibus ars predicta et homines eiusdem possint regi et gubernari; et insuper quod tales scruptinandi et obtinuerint partitum per plures fabas, ut supra, habeant etiam autoritatem comparendi coram quocumque magistrum (*sic*) tam civitatis Florentie quam Pistorii, et petendi confirmationem et approbationem dicte artis et capitulorum per eos fiendorum, et circha predicta faciendi omnia necessaria et opportuna, ad expensas tamen omnium suprascriptorum ad quas teneatur quilibet ipsorum pro rata; et de quibus quidem expensis tales qui obtinuerint partitum, ut supra, teneantur et obligati sint tenere bonum et legale comptum, ut clare possit videri ab omnibus totum illud quod ipsi expendiderint occaxionibus predictis. Nomina uero scruptinatorum sunt infrascripta, videlicet:

Jacobus Bandini de panciaticis,
Franciscus ser Jacobi Laini,
Bernardinus Antonii Ser Antonii,
Nicholaus Vitalis.

Nicholaus Vitalis et *Franciscus ser Iacobi Laini* obtinuerunt partitum (cioè *Francesco* fave nere 7, bianche 3, *Nicolò* fave nere 8, bianche 2), quibus fuit attributa auctoritas prout et sicut supra fuit consultum per dictum *Jacobum Bandini* et in omnibus et per omnia prout in dicto consilio continetur et scriptum est. Rogantes me Bartholom:um not. infrascriptum, quatenus de predictis omnibus publicum conficerem istrumentum, dantes mihi licentiam extendendi ad viri sapientis sensum, intellectus. Acta fuerunt omnia et singula suprascripta Pistorii in maiori cathedrali ecclesia pistoriensi et in cappella que vulgariter nuncupatur *del veschovo*, et presentibus omnibus suprascriptis cohadunatis.

N.° 168. 1488, 3 di maggio

Testamento di Francesco d'Agnolo *detto* La Cecca (1)
legnaiuolo ed architetto

Archivio e Sezione detti.
Rogiti di Ser Andrea di Manetto Rigagli. Filza dal 1454 al 1491.

In dei nomine, Amen. Anno domini nostri Yhu Xpi ab eius salutifera incarnatione CCCCLXXXviij, inditione vj^a^, die tertio mensis maij. Actum in

(1) Questi è il celebre ingegnere e architetto, del quale si ha la vita nel Vasari.

domo habitationis infrascripti testatoris et domine Piere eius sororis et in populo Sancti Appolinaris de Florentia, presentibus testibus proprio hore (*sic*) infrascripti Francisci testatore. — vocatis.

Ser Nicholao Johannis de Radda, presbitero et gubernatore Sancti Appolinaris de Florentia;

Jeremia Nichole de libris tintore et populi Sancti . . . . . ;

Laurentio Simonis Laurentii molendinario, populi Sancti romigi de Florentia;

Gregorio Justi pauli pittore opere, populi Sancti Petri de ghattolinis de Florentia;

Piero Sani Filippi righatterio, populi Sancti Ambroxii de Florentia et Francisco Johannis dominici lignaiolo, pop. Sancti Petri de gattolinis.

Quum nil certius morte et nil incertius hora mortis; hinc est quod *Franciscus Angeli Johannis* lignaiolus, alias *la Ceccha*, populi Sancti Appolinaris de Florentia, sanus per Dei gratiam, mente, sensu, visu et intellectu, licet corpore languens, volens circa suam substantiam — providere, et de bonis et rebus suis disponere — suum nuncupativum testamentum, quod sine scriptis dicitur, et seu ipsius vltimam voluntatem facere procuravit fecit et condidit.

In primis quidem animam suam humiliter ac devote omnipotenti deo eiusque gloriose matri Marie semper Virgini, et Beato Joanni Baptiste, totique celesti Curie recomendavit, et corporis sui dum anima et spiritus ab eo erit separata, sepolturam elegit in ecclesia Sancti Appolinaris de Florentia cum illa impensa funeris, et prout videbitur infrascriptis eius heredibus.

Item jure legati reliquit — pro remedio anime sue et in compensatione boni servitii habiti a Catherina filia . . . eius serva et famula, et pro eius famulatu, florenos quadraginta ad rationem libr. quatuor et sol: duorum pro quolib: floren: eidem Chatherine dandos et solvendos per infrascriptos eius heredes, cum nuptui et viro traderetur.

Item jure legati et pro remedio anime sue reliquit et legavit sotietati et hominibus sotietatis sancti Joannis Baptiste, alias sanctus Johannes Schalzo, que nunc cohadunatur in orto Sancti Petri Morronis, floren: decem largos cum hac conditione, quod ipsi teneantur et debeant facere vnum offitium mortuorum in dicta sotietate quolibet anno usque ad decem annos proxime futuros, incoando a die mortis dicti testatoris: videlicet decem officia mortuorum.

Item reliquit et legavit jure legati de summa et quantitate florenorum quingentorum de sigillo, quos ipse et domina Piera eius soror (debent) habere et recipere a Simone Jacobi pagnotii de Ridolfis, vigore unius scripte et cautionis private manu mei notarii infrascripti inter dictos Simonem et Franciscum et dominam Pieram facte de mense januarii proxime preteriti et per ipsas partes subscripte; quos flor. 500 sigilli deposuerunt penes dictum Simonem per certum tempus cum certis pactis et conditionibus pro quodam interesse quolibet anno, dum sic eos teneret in depositum: — florenos ducentos viginti quinque de sigillo dicte domine Piere, quia erant

de suis propriis denariis et de suis dotibus. — Reliquum vero de dictis flor. 500 de sigillo, videlicet flor. 275 de sigillo reliquit et legavit infrascriptis suis heredibus.

In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et immobilibus, iuribus, nominibus et actionibus sibi heredes vniversales istituit dominam Pieram, dominam Alexandram, et dominam Ginevram sorores et filias dicti Angeli Johannis, et sorores carnales dicti testatoris et quamlibet earum equali portione.

N.° 169. 1488, 27 d'agosto

Fonte di marmo di Carrara scolpita da Andrea *del* Verrocchio (1) *per Mattia Corvino re d'Ungheria*

Archivio e Sezione detti.
Rogiti di Ser Bartolomeo Zeffi. Protocollo dal 1487 al 1494.

1488, 27 augusti.

Bertochus Georgii pellegrini de Carraria partium Lunisianae — fecit suum procuratorem *Dominicum* olim *Gregorii Dominici* sculptorem, pop. S. Petri Maioris de Florentia, licet tunc absentem et generaliter etc., ad agendum et specialiter et nominatim ad petendum et exigendum nomine dicti constituentis ab Alexandro mandatario Ser.mi regis Vngarie omnem summam et pecuniarum quantitatem quam dictus constituens ab eodem Alexandro recipere deberet vigore marmoris albi ab eodem *Bertocco* habiti et recepti pro construendo et fabricando quodam fonte in civitate Florentie per *Andream* del *Verrochio* sculptorem florentinum, pro usu et servitio prefati Ser.mi Regis Ungarie, ut ipsemet Alexander dicitur asseruisse.

N.° 170. 1488, 21 di settembre

Testamento di Filippo *di Fra Filippo* Lippi (2), *pittore fiorentino, e mandato di procura a riscuotere il prezzo di due tavole dipinte per Mattia Corvino re d'Ungheria.*

Archivio e Sezione detti.
Rogiti di S. Gio. di S. Marco da Romena. Protocollo dal 1486 al 1504.

In dei nomine Amen. Anno dni ab eius salutifera incarnatione Millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo, indictione septima et die vigesima prima mensis septembris. Actum Florentie in populo Sancti Michaelis Vicedominorum et in hospitali Sancte Marie Nove de Florentia, presentibus infrascriptis testibus ad infrascripta omnia et singula vocatis et habitis et ore proprio infrascripti testatoris rogatis, videlicet:

Ser Cetto bernardi ser Cetti de loro notaio et cive floren:no
Niccolao Vberti de Nobilibus cive florentino
Pierozzio castellani pierozzii de castellanis cive florentino.
Marco luce Marci etiam cive flor:no

(1) Di questa fonte non si ha memoria in nessuno scrittore.

(2) Fece Filippino Lippi questo suo testamento innanzi di partire per Roma, dove era stato chiamato dal card. Caraffa per dipingergli una cappella nella Minerva. Delle due tavole per Mattia Corvino, parla il Vasari.

Michaele Benedicti pop. S. Laurentii de Flor.tia
Jacobo Stephani Jacobi pop. S. Laurentii extra muros Florentie
Ser Antonio Marci Antonii de Lippis cive Florentino

Quum nihil este certius morte et nil incertius eius hora, iccirco providus vir *Filippus* alterius *Filippi thommasii* de *Lippis* civis et pictor florentinus, sanus mente, sensu, corpore, visu et intellectu, ne contigat eum propter inopinatum mortis eventum decedere intestatum, rerum et bonorum omnium suorum per hoc presens quod dicitur sine iscriptis (*sic*) testamentum, dispositionem fecit et facere procuravit et suam ultimam voluntatem condidit in hunc modum et formam, videlicet:

In primis quidem animam suam omnipotenti deo ejusque matri virgini gloriose humiliter ac devote recommendavit et de bonis suis reliquit et legavit operi sancte Marie del Fiore et constructioni murorum civitatis Florentie libras tres in totum, secundum ordinamenta dicti comunis.

Item legavit et reliquit de bonis suis domine Alexandre eius sorori et uxori Ciardi Johannis Ciardi de villa Tabule, comunis Prati, unam domum positam Prati in via detta *la via delle tre ghore*, cui a primo dicta via, a secundo, via iuxta muros terre Prati, a iij° Michelis domine Aghate, a iiij° alia domus dicti Filippi; in qua domo, ut supra, dicta habitat ad presens, ut dixit Michael Nannis Uoterini ut inquilinus dicte domus, et hoc pro fundo dotali dicte domine Alexandre, ita quod non possit de dicta domo disponere, nisi ipsam domum tradere pro fundo dotali dicto uel altero eius uiro; et casu quo contrafaceret, dictam domum reliquit infrascripte domine Lucretie, durante eius vita et post eam infrascriptis suis heredibus.

In omnibus autem aliis suis bonis, iuribus, nominibus et actionibus presentibus et futuris et aliis quibuscumque suum heredem uniuersalem instituit fecit et esse voluit hospitale Sancte Marie Nove de Florentia cum hoc honere, videlicet; quod dictum hospitale et eius pro tempore hospitalarius et administrator dent et solvant sine aliqua exceptione, Florentie, omnibus sumpitibus dicti hospitalis etiam gabelle, domine Lucretie eius dilecte matris et filie olim Francisci de Butis de Florentia, quolibet anno, donec ipsa vixerit, staria triginta grani, barilia quindecim vini, catastas duas lignorum quercium, duodecim salmas fraschonum, modia tria bracie, libras quinquaginta carnium porcinarum salitarum, barile unum olei et libras quinquaginta floren: parvor:; et ultra predicta, permittant dictam dominam Lucretiam uti et frui donec ipsa vixerit habitatione domuum (*sic*) emptarum per dictum *Filippum* a monasterio de Angelis de Florentia et omnibus supellectilibus dicti *Filippi* ac etiam habitatione domus de Prato posita iuxta dictam aliam domum, ut supra relictam dicte eius sorori, ita quod dicta domina Lucretia possit et valeat durante tempore eius vite naturalis dictas domus et quamlibet earum penes se retinere et alteri locare et in eis stare et habitare, prout ipsa voluerit et absque aliqua solutione alicuius pensionis uel contradictione dicti sui heredis, et dictis suppellectilibus tam existentibus Florentie quam ruri libere uti et frui toto tempore dicte sue vite et de illis etiam possit disponere, distrahere et ven-

dere et facere velle suum quatenus et prout sibi libere placuerit, et pretium dictarum supellectilium convertere in quamcumque causam ipsa voluerit et ita quod non teneatur facere de predictis uel aliquo earum inventarium vel aliquam cautionem prestare de utendo et fruendo arbitrio boni viri, vel de aliquid (*sic*) aliud facendo: et casu quo dictus eius heres predictis contrafaceret, tunc instituit suum heredem uniuersalem hospitale innocentium de Florentia cum onere infrascripto, et casu quo dictum hospitale innocentium de Florentia contrafaceret, tunc dictam dominam Lucretiam eius matrem heredem universalem instituit et esse voluit; et predicta fecit etiam cum onere quod quicumque fuerit heres dicti *Filippi*, teneatur et debeat post mortem dicti *Filippi* et dicte sue matris quolibet anno in perpetuum facere celebrari unum officium mortuorum pro anima dicti *Fitippi* et eius parentum, in quo intersint ad minus viginti sacerdotes qui missas celebrent in ecclesia Sancti Egidii dicti hospitalis cum cera et aliis oportunis et precipue oretur deus pro animabus predictorum: in hoc conscientiam dicti sui heredes strictissime onerando.

Item postea dictis anno, indictione die et loco.

Supradictus Filippus — fecit procuratricem — dictam dominam Lucretiam eius matrem — ad agendum — ad intrandum in tenutam — ad faciendum capi etc.

Item postea dictis anno inditione die et loco.

Prefatus *Filippus* — fecit eius procuratorem — Franciscum Filippi del Pugliese ciuem florentinum specialiter et nominatim ad petendum et exigendum et se habuisse et recepisse confitendum particulariter — a quocumque et seu quibuscunque — quamcumque summam — dicto *Filippo* quomodolibet debitam uel debendam pro pretio et mercede duarum tabularum immaginum Virginis Marie et aliorum Sanctorum per eum pictarum ad istantiam mandatarii Ill:mi domini regis Ungarie, et ad tradendum dictas tabulas et pretium recipiendum etc. etc.

N.° 171. 1488, 7 d'ottobre

Lorenzo di Credi *si conviene con* Giovanni *d'*Andrea *di* Domenico *scultore fiorentino di dargli a compiere l'opera della statua equestre di bronzo di Bartolomeo Colleoni, già allogata dalla Signoria di Venezia ad* Andrea del Varrocchio (1).

Archivio e Sezione detti.

Rogiti di Ser Antonio Ubaldini da Firenze. Filza dal 1486 al 1493.

1488, 7 8bre.

In dei nomine amen. Anno domini ab eiusdem salutifera incarnatione Millesimo quadringentesimo ottuagesimo ottavo, inditione settima, die vero settima, mensis ottobris. Actum Florentie in populo Sancti Andree, pre-

(1) Documento importantissimo, che fa conoscere a che punto il Verrocchio aveva lasciato il lavoro della statua del Colleone, quando morí, quali erano i patti tra lui e la Signoria di Venezia per condurre quell'opera, e come Lorenzo di Credi, che era stato proposto dal Verrocchio nel suo testamento per dergli a finire la statua, dessela a fare ad altri. Ma la Signoria di Venezia, come si sa, ne diede la commissione al Leopardo.

sentibus testibus Ser Matteo Johannis domini Mattei Favuglia not: flor.no, Taddeo Angelis de Gaddis, et *Johanne Laurentii dell'Opere.* intagliatore.

Certum esse dicitur prout asseruerunt infrascripte partes, qualiter *Andreas* olim *Michaelis*, detto *Andrea del Verocchio*, conduxit ad faciendum a Dominatione Venetiarum quemdam equm (*sic*) cum una figura super ipsum equum de bronzo, pro pretio ducatorum mille ottocentorum venetianorum, omnibus sumptibus, videlicet cere, lignaminis, stantie, bronzi et ferramentorum dicte Dominationis; videlicet figuram bartolomei de bergamo; et cum illis pactis modis et conditionibus de quibus et prout dicitur contineri in ditta locatione facta eidem *Andree.* Et quod dictus *Andreas* postea mortuus est et decessit de hac presenti vita, nondum perfecto dicto opere, sed relicto facto solum et dumtaxat dicto equo et figura de terra, et relicto per eius ultimum testamentum, quod dictum opus deberet perfici per *Laurentium Andree Alderighi* pictorem florentinum; et quod eidem *Laurentio* pertinuerunt ducati mille quatuorcenti viginti venetiani de dictis ducatis mille ottocentis, quia de illis dicitur ipsum *Andream* recepisse ducatos trecentos ottuaginta; et sic etiam dicitur predictum legatum ac relictum factum eidem *Laurentio* per ipsum *Andream*, per ipsam Dominationem Venetam fuisse confirmatum, maxime per concessionem de nouo factam ipsi *Laurentio* ad perficiendum dictum opus per dictam Dominationem. Et quod postea ipse *Laurentius* recepit a dicta Dominatione ducatos viginti venetos de dictis ducatis mille quatuorcentis viginti venetis: ac etiam dicitur qualiter dictus *Andreas* fecit dictum equum et figuram maiores, quam facere uero tenebatur secundum conventionem, et quod propterea dicta Dominatio promisit dicto *Andree* ultra dictos duchatos mille ottocentos, eidem dare illud plus quod eidem conuenuerint secundum dicta maioritatem: et quod infrascriptus *Joannes* habens notitiam de omnibus et singulis suprascriptis et cupiens suprascriptum opus dicto *Andree*, ut supra locatum, perficere, requisivit suprascriptum *Laurentium*, quatenus prefatum, opus sineret, et permitteret dicto *Joanni* perficiendum, et facere et curare pro viribus, quod prefata Dominatio ipsum poneret in locum suum; videlicet dictorum *Andree* et *Laurentii.* Unde hac suprascripta die ipse *Laurentius* convenit *Joanni Andree Dominici* scultori presenti se facturum et curaturum, et faciet et curabit ita et taliter, quod dicta Dominatio Venetiarum locabit dicto *Joanni* ad perficiendum dictum opus dicti equi et figure cum illis — pactis modis et conuentionibus prout locaverat dicto *Andree*, promittens eidem soluere dictam quantitatem ducatorum mille quatuorcentorum Venetorum pro residuo dicti pretii. Et in dicto casu quo dicta locatio fiet, ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc dictus *Joannes* promisit et solempni stipulatione interueniente dicto *Laurentio* — ad dictum effettum soluere dicto *Laurentio* — ducatos centum quinquaginta venetos infra duos annos proxime futuros a die dicte locationis fiende eidem *Johanni* — Florentie, Venetiis, Rome et ubique locorum et loci ubi dictus *Joannes* inveniretur uel ut dictus *Laurentius* cum conuenerit et voluerit. Et cum hoc tamen pacto et conditione — quod si etiam dictus *Johannes* quomodocunque conduceret dictum opus ad perficiendum a dicta Dominatione, etiam absque mediatione

interveniente dicti *Laurentii,* quod ipse *Joannes* omnino teneatur solvere dicto *Laurentio* — dictam quantitatem ducatorum centum quinquaginta venetorum infra duos annos a die dicte locationis quomodocuque fiende — nec non dictus *Joannes* promisit — dicto *Laurentio* — quod si per dictam Dominationem venetam daretur et solveretur, vel dabitur et solvetur ipsi *Joanni* aliquid ultra dictos ducatos mille quatuorcentum venetos pro maioritate dicti operis, dare et cum effectu soluere ipsi *Laurentio* — tertiam partem totius illius quod sic plus haberet pro dicta maioritate ultra dictos ducatos mille quatuor centum venetos.

Item — incontinenti dictis anno, mense, die et loco.

Prefatus *Laurentius* promisit dare et tradere ac concedere eidem *Joanni* — omnes massaritias, supellectilia et bona que dictus *Laurentius* dixit et asseruit remansisse in domo habitationis dicti *Andree del Verrocchio,* Venetiis — cum eius hereditate et bonis vulgari sermone scripta, videlicet: due coltricie nuoue, quattro pimaccj, uno mantacho a una mano, una anchudine, 4 botte, 6 barili, uno arzibarile? due tauole, 4 trespoli, uno chassone, uno schaldaletto, una pala, più martegli, una ascia, una schure, uno paio di tanagle, tre mastegli, 1° paiuolo, 2 seghe, 2 segiole, 4 charieghe, 4 asse di noce da mantaci, tre stacci, uno treppiè, uno mantacho piccholo, et quamplures alias masseritias suppellectilia et bona existentia in dicta domo et que remanserunt in hereditate et bonis dicti *Andree,* pro pretio et nomine pretii — ducatorum quinquaginta uenetorum soluendorum per ipsum *Joannem* — eidem *Laurentio* — infra duos annos ex nunc a die dicte locationis, de qua supra fit mentio.

N.° 172. 1489, 20 di gennaio

Bernardino Procacci, *orefice da Pietrasanta, si obbliga di fare un calice colla patena per la pieve di S. Felicita di Val di Castello, nel territorio di Pietrasanta.*

Archivio e Sezione detti.

Rogiti di Ser Gio. della Badessa da Pietrasanta. Protocollo dal 1488 al 1489.

1489, 20 Januarii.

In nomine Domini amen. Reuerendus vir dominus Nicolaus quondam Johannis Cellini de petrasancta plebanus plebis sancte Felicitatis Valliscastelli territorii petrasante tanquam operarius opere dicte plebis hic presens ex una parte, et *Bernardinus* filius *Francisci* quondam *Dominici procacci* hic presens ex alia parte — fuerunt confessi — peruenisse et peruencti fuisse — ad infrascriptam compositionem et pacta, videlicet: quod virtute dictorum pactorum suprascriptus — *Bernardinus* promisit et promictit suprascripto domino Nicolao — facere et fabricare calicem vnum cum sua patena de argento ponderis unciarum decem octo in viginti, ad legas nouem qualibet vncia argenti, et deaurare, ad rationem librar: quinque et solidorum duodecim monete Florentie singula vncia argenti laborata et deaurata: quem quidem calicem et patenam deauratam et deauratum, laboratum et laboratam, dare et consignare promisit idem *Bernardinus* — hinc ad menses tres proxime venturos — Item fulcitum et fulcitam dic-

tum calicem et patenam ut supra deauratum et deauratam, qui et que sit laudabilis ab omnibus peritis in arte — Acto (*adjuncto*?) in presenti instrumento — quod si dictus dominus Nicolaus — voluerit habere in dicto calice et patena apponi aliqua ismalta, quod dictus *Bernardinus* teneatur et debeat dicta ysmalta apponi, et illa solvi debere ad rationem librarum octo monete Florentie singula vncia argenti ysmaltata etc.

N.° 173. 1489, 14 di marzo

Allogazione a M° Bartolomeo *di* Salvatore *di* Lorenzo, *scultore, del pergamo* (1) *di marmo per la chiesa di S. Pancrazio.*

Archivio di Stato di Firenze.
Conventi soppressi — S. Pancrazio — Libro di Contratti segnato 53.

Die xiiij martii 1488 (1489).

Fit breviter fides per me Franciscum notarium infrascriptum, qualiter, Venerabilis vir dominus Vincentius quondam Bartholomei de Trincis? de Florentia, olim abbas sancti pancratii de Florentia ordinis Vallis Umbrose, se suosque heredes et bona obligando omni meliori modo etc. concessit et locavit ad faciendum et laborandum infrascriptum opus *Bartholomeo* olim *Salvotoris Laurentii* scultori lapidum Florentie, videlicet: Quia locavit dicto *Bartholomeo* ad faciendum in ecclesia sancti pancratii predicti in pariete dicte ecclesie versus claustrum, vnum pulpitum seu perghamum marmoreum, marmoribus de carraria, quem facere et laborare teneatur ad usum boni magistri, sub modulo et forma perghami ecclesie Sancte Marie Maioris de Florentia, cum quinque faciis et guera (*ghiera*) et colonnellis et aliis, prout dictum Sancte Marie Maioris. Et teneatur ipsum murare suis sumptibus, laboribus et expensis in dicta pariete, cum scala coperta intra murum dicte ecclesie, videlicet in grossezza muri ecclesie, ad beneplacitum dicti locatoris, cum duobus hostiis, seu primo macigni bene laborati, et alio super perghamum marmoreo etc., et inter lapideo: cum pacto, quod si dictus *Bartholomeus* in rumpendo murum ecclesie, ipsum in aliquo devastaret, quod ipse teneatur ad dapna et interesse etc., cum pacto, quod predictus opus debeat integre perfecisse per totum mensem augusti proxime futurum. Et sic facere et observare promisit et se obligavit dictus *Bartholomeus* conductor etc. Et dictus dominus Vincentius locator promisit eidem *Bartholomeo*, pro se et eius heredibus recipiens et stipulans, sibi dare solvere et tradere et paghare pro marmore et omni sua laboratura et pro toto suprascripto opere in totum florenos quadraginta octo auri largos in auro: ex quibus actualiter coram me notario et testibus, solvit eidem flor. quatuordecim auri largos in auro, et sic confessus fuit idem *Bartholomeus* etc. Cum pacto etiam inter eosdem comuni concordia inito et facto, quod si dictus *Bartholomeus* expleverit dictum opus per totum undecimum diem mensis maii proxime futurum, quod tunc et eo casu teneatur recipere, et dictus dominus Vincentius sibi tradere ultra predictos florenos 48 auri largos in auro, flor: quatuor auri

(1) Questo pergamo andò facilmente disperso nella rovina della chiesa di S. Pancrazio.

simul, videlicet in totum fior: quinquaginta duos auri largos in auro etc. Que omnia etc. etc.

Ego Franciscus Xfori pauli notarius de predictis rogatus subscripsi.

Die tertia iunii 1489.

Supradictus *Bartholomeus Salvatoris laurentii* scultor predictis per se et suos heredes omni meliori modo fecit finem etc. suprascripto venerabili viro Domino Vincentio, videlicet absenti, mihi notario pro eo recipienti de omni et toto eo quod ab eodem recipere et habere tenetur vigore suprascripti Instrumenti ect., et hoc quia vocavit se bene paghatum tacitum et contentum etc.

N.º 174. 1489, 20 di giugno

Don Vincenzo de' Trinci? già abate di S. Pancrazio di Firenze, alloga a scolpire la propria sepoltura a Giusto di Giovanni *da Settignano, ed a* Clemente di Taddeo *da S. Maria a Pontanico, colla mallevadoria di* Simone del Pollaiuolo (1).

Archivio detto. Sezione notarile.
Rogiti di Francesco di Cristofano di Paolo da Valsavignone. Protocollo dal 1489 al 1491.

1489, 20 Junii.

Venerabilis vir dominus Vincentius olim Bartolomei de Trincis de Florentia quondam abbas Sancti Pancratii predicti — concessit et locavit ad faciendum infrascriptum opus, et omnia et singula infrascripta *Justo* olim *Johannis Nicolai* scultori lapidum de Septignano, et *Clementi Taddei Mei* etiam scultori lapidum de Pontanico, comitatus Florentie; videlicet locavit ipsis *Justo* et *Clementi* ad faciendum in dicta ecclesia sancti Pancratii de Florentia et in pariete, videlicet erectum parieti dicte ecclesie versus claustrum inter perghamum et altare crucifixi, vnum sepulcrum totum marmoreum marmoribus albis de Carraria bonis et pulcris, altitudinis vacua (*sic*) brachiorum trium et totidem latitudinis bene laboratum sub modino et designo per eos datos et per dictas partes penes me notario depositus fuit, melius et cum vno arcu morto supra ipso sepulcro pro conservatione eiusdem et parietis ecclesie, et copertura arce dicti sepulcri modo et forma quod aperiatur et aperiri possit, et cum corpore marmoreo super ipsam sculto in forma abatis ordinis Vallis Umbrose cum libro super pec-

(1) Il Richa (*Chiese Fiorentine*, vol. III, pag. 324) dice che in S. Pancrazio è collocato presso l'altare della Nunziata de' Riccardi il vago deposito di marmo del venerabile Don Vincenzio, che prima fu Carmelitano, e poscia monaco Vallombrosano, fatto Abate di S. Pancrazio con statua giacente, il cui epitaffio dice così:

HIC . IACET . DOM. VINCENTIVS . ABBAS
ET . DOCTOR . EXIMIVS . MCCCCLXXXXI.

Questo Deposito fu tolto dalla chiesa nella soppressione de' Conventi del 1808, e posto in una stanza sotterranea del monastero. Donde fu portato nel Museo Nazionale, ma mutilato d'ogni suo ornamento, salva la figura giacente dell'abate. Degli scultori che lo lavorarono, si hanno pochissime notizie. Giusto di Antonio credo che appartenga alla famiglia de' Balsimelli. Quanto poi a Clemente di Taddeo, che fu de' Rinaldi e nativo del villaggio di S. Maria a Pontanico, si sa che morì nel 1523. Avremo occasione di ritrovarlo ne' seguenti documenti.

tore. Et teneantur ipsum murare in dicta pariete omnibus suis sumptibus laboribus et expensis. Quod quidem opus debeant integre perfecisse infra sex menses proxime futuros ab hodie. Et sic facere et observare promiserunt dicti conductores etc., et ipse domnus Vincentius locator predictus eisdem *Justo* et *Clementi* conductoribus — dare solvere et paghare promisit pro marmore, laboratura, muratura et toto dicto opere perfecto in totum florenos quadraginta unum auri largos in auro, hoc modo, videlicet: flor. 18 auri largos in auro de presenti, et residuum successive, prout fuerit opus, et perfecto opere, omne residuum etc., cum pacto quod ipsi conductores teneantur dare dicto locatori fideiussorem unum vel plures ydoneos qui satisdeant pro dictis conductoribus et promittant et se obligent pro eis quod ipsi perficient predicta omnia, alias restituent quidquid ipsi accepissent, vna cum dapnis, expensis et interesse, aliter presens locatio sit nulla ad beneplacitum ipsius locatoris etc.

Die tertia junii 1489.

Simon, filius emancipatus ut dicitur, a *thomasio pollaiuoli* eius patre etc., sciens ad infrascripta non teneri etc., et volens efficaciter obligari etc., promisit dicto locatori, vid: eo absenti, mihi notario pro eo recipienti, quod ipse observabit etc., aliter suo proprio etc....

N.° 175. 1489, 16 di settembre

Lettera della Regina di Napoli a Lorenzo de' Medici.

Archivio di Stato di Firenze.
Carteggio privato de' Medici. Filza 47.

Regina Sicilie etc.

Magnifice vir amice noster carissime. Lo spectabile Conte de Terra Nova nostro maior domo fa uenire de questa cità de fiorenza dui tabole de marmoro per lo bisogno de una sua cappella che fa fare in questa cità ad sancta Maria de Moncte Oliveto, et vorria per nostra intercessione cavarle franche de omne dericto tanto ad Fiorenza, come ad Pisa. Et però havemo deliberato farne la presente, per la quale ve preghamo et exortamo quanto più possemo che ad nostra satisfacione vogliati operare et fare con questa excelsa Signoria vogliano fare francho lo dicto Conte de le dicte dui tavole de marmoro de omne dericto che li tochasse ad pagare. Certificandone che serà cosa ad nui grata et gratissima per essere lo dicto Conte lo principale homo de nostra casa. In castello novo Neapolis. die xvj septembris M° CCCC L XXX viiij (1).

per la Reyna
Stanyol. Secret.

Fuori. Magnifico Viro Laurentio de' Medicis
amico nostro carissimo

(1) Pel Conte di Terranova scolpì Benedetto da Maiano nella chiesa di Montoliveto di Napoli una tavola di marmo con l'Annunziazione e varj santi e putti, e vi fece nella predella alcune storie di bassorilievo.

N.° 176. 1490, 20 d'agosto

Allogazione a Domenico *e* David del Ghirlandaio *della pittura d' una tavola per la chiesa del Convento del Palco fuori di Prato* (1).

Archivio del Ceppo di Prato.
Copia sincrona.

✠ Al nome diddio, addì xx di aghosto 1490.

Sia noto e manifesto a qualunche persona che leggierà la presente schritta, chome oggi questo detto dì frate francescho di mariotto del uernaccia alluogha affare una tauola d'altare a' maestri *domenicho* e *addauitte* pittori in questa forma cioè; la tauola sia di circha braccia iiij e alta braccia iij $\frac{2}{3}$; la quale tauola dobiàno fare el piano del legname di nostro, ettutto l'altro legname debbe paghare el detto frate francescho; ennel detto piano dobiamo fare in mezzo Nostra Donna chol figliolo in chollo, in mezzo a iiii santi, cioè san francescho, san buonaventura, santo antonio dappadoua e santo bernardino; e quali santi debbo io *domenicho* diligientemente disegnare di mie mano, ecchosì cholire (*sic* colorire) tutte le teste, ettutti e cholori e spese che uanno a detto piano dobiano fare annostre spese: anchora s' intende el bambino, che à essere in chollo alla nostra donna: anchora dobiàno dipingnere la predella di detto altare, nella quale abiamo affare sette mezze fighure alloro richiesto, e altro allor piacimento; ella detta predella abiamo affare annostri colori: tutto il resto della cornicie e cholonne e fregi l' à far fare il detto frate francescho assue spese di di detta tauola, cio(è) piano e predella: e debbe dare per nostro pregio d'acchordo duchatì trenta cinque d'oro innoro, ennoi gli dobian dare fatta in Firenze detta tauola infra vn anno prossimavenire: E per chiarezza di ciò Io *domenicho* di *tommaso* di *churrado* pittore ò fatta questa schritta di mia propria mano, anno e mese eddì sopradetto.

Io frate francesco di mariotto sopradetto so chontento a quanto di sopra si chontiene.

1490 (1 di ottobre e 17 dicembre)

Anchora di nuouo abian diterminato dacchordo che oggi questo dì primo d'ottobre chominci el tempo dell'anno in questa forma, cioè chessella tauola non fussi fatta nel dett' anno, sian chontenti che ogni mese cheppenassi più chellanno, ci ritengha per ogni mese ducati due, e debaci dare infra otto mesi a uenire altri dieci duchati, sendo la tauola innanzi quanto si chonviene, e 'l resto ci de' dare alla fine di detta tauola e per fede di ciò Io *domenicho* sopradetto òffatto quest'agiunta di questi versi.

(1) Questo documento prova che i due fratelli del Ghirlandaio veramente dipingessero la tavola della chiesa de' Francescani del Palco presso Prato di Toscana. contro la opinione di alcuni che negano non aver essi eseguita quella pittura, sibbene Filippino Lippi, il quale un anno dopo èbbene a fare un'altra pel medesimo luogo, che ora è a Monaco. Ma la tavola del Del Ghirlandaio non si saprebbe dire se esiste ancora e dove.

Io giouanni di Cristofano d'antonio Guidi fu' presente a questa schritta, e chome testimone sono schritto di mia mano, anno e mese eddì detto di sopra.

Io lionardo di francescho di lionardo merciaio fu' presente a questa schritta, e chome testimone mi sono soschritto di mia propia mano, ano, e mese eddì detto di sopra.

Io francescho d'Jacopo di Santi cimatore fu' presente alla sopradetta schritta, e chome testimone mi sono soschritto di mia propia mano, ano, e mese eddì detto di sopra.

Io *dauit* di *tomaso* dipintore ò riceuto da frate franciescho di marioto del uernacia duchati uenti e chuali ricieuete *domenicho* più tempo fa per parte di deta tauola. fior. 20 d'oro in oro larghi.

E più ogi chuesto dì 17 di diciembre 1492 ò ricieuto io *dauit* soprascrito da bracio di lionardo ghouernatore del ciepo di franciescho di marcho da prato, fiorini chuindici larghi d'oro in oro pe' resto di paghamento di deta tauola. fior. 15 d'oro in oro larghi.

(*Fuori*) tauola del palcho

N.° 177. 1490, 4 di novembre

Lire cento donate a Giuliano da S. Gallo *per il modello di legname della chiesa della Madonna delle Carceri di Prato* (1).

Archivio di Firenze. Sezione notarile.
Rogiti di Ser Quirico Baldinucci da Prato. Protocollo dal 1490 al 1491.

1490, 4 novembris

Personaliter constitutus *Julianus* olim *Francisci Bartoli*, alias da *S. Gallo* de populo S. Laurentii extra muros de' Florentia, architectus, in presentia etiam spectabilium dominorum octo defensorum et uellixifero Justitie dicte terre prati, in eorum palatio et loco suprascripto, solito et consueto eorum residentie legitime congregatorum — et coram honorabilibus viris Carolo olim Andreae Caroli et Joanne olim Francisci Barnabe Cini et Bartholomeo olim Andreae Luschini et Antonio olim Stephani Petri de Baldinucciis omnibus de Prato, operariis ad presens Opere oratorii S. Mariae ad Carcerem pro Comuni Prati legitime deputatis ac etiam coram pluribus aliis hominibus dicte terre Prati per officium dictorum Dominorum Octo et eorum mandato ibidem vocatis et congregatis pro adiunctis, et ut vulgo dicitur *richiesti*, pro negotiis dicti Comunis pro infrascriptis etiam ibidem praticandis et pertractandis, cum quibus etiam ibidem conuenerunt et interfuerunt honorabiles viri dominus Hieronimus et dominus Braccius hospitalarii hospitalis Misericordie et hospitalis Dulcis dicte terre Prati — dixit et contentus fuit quod operarii predicti dicte Opere — faciant, constituent, declarent et taxent omne id et quicquid eis videbitur pro mercede et salario moduli ligni per ipsum *Julianum* architectum facti et compositi pro dicto Oratorio S. Mariae ad Carcerem, secundum quem modulum edificatur et construitur dictum Oratorium; et insuper declarent

(1) Sotto l'anno 1485 é già stato pubblicato lo strumento di allogazione a Giuliano da San Gallo della fabbrica di S. Maria delle Carceri.

ultra salarium et mercedem ordinariam constitutam ipsi *Juliano* veluti architecto et Capomagistro in dicta fabrica dicti oratorii — si et quicquid dare et solvere eidem *Juliano* architecto predicto volunt ultra salarium ordinarium predictum, gratia, et amore et ex urbanitate, et ut vulgo dici solet *per cortesia*, et pro discretione, postquam dictum edificium dicti oratorii perductum est opere et industria dicti *Juliani* ad finem debitum et optatum, exceptis ornamentis, iuxta formam dicti sui moduli; asserens dictus *Julianus* quod tempore dicti instrumenti dicte locationis — a pluribus hominibus dicte terre Prati, extra dictum instrumentum, uerbotenus promissum eidem *Juliano* fuit, quod in fine dicte fabricae homines terre Prati haberent aliquam rationem mercedis laboris sui, ultra salarium ordinarium, et ut vulgo dici solet *gli vserebbono qualche discretione*. Dans — dictus *Julianus* architectus — dicti operariis — liberam facultatem — declarandi — dictum salarium et mercedem extraordinariam pro dicto modulo et pro dicta urbanitate et discretione, quomodocunque — videbitur et placebit.

Iiisdem anno inditione et die quinto mensis novembris.

Pateat qualiter prefatus *Julianus* olim *Francisci Bartoli, alias da S. Gallo* architectus florentinus, — recepit — et sic confessus et contentus fuit — ab Opere et operariis dicte opere S. Marie ad Carcerem de Prato — et pro dicta opera et eius operariis — ab honorabili viro domino Hieronimo olim Laurentii Cenni de Talducciis de prato hospitalario hospitalis Misericordie de Prato — libras centum den: flor: parvor: pro mercede et salario sibi *Juliano* competenti pro modulo per eum facto pro constructione et fabrica dicti Oratorii.

N.° 178. 1491 . . .

Ricordo della convenzione fatta da Ser Piero di Matteo Dondi da Prato e da m° Domenico di Ranieri di Domenico romano, maestri di organi, che avevano pigliato ad accrescere l'organo del monastero di S. Salvi.

Archivio detto. *Monastero di S. Pancrazio.*
Ricordanze del Mon.ro di S. Salvi. Vol. seg.to 64 dal 1477 al 1503.

1491.

Richordo chome insino l'anno 1490 don Jeronimo abbate fece patti con ser *piero* di *matheo da prato* e m.° *Domenicho* di *rinieri di domenicho* romano, maestri di fare orghani, che loro facessino una gunta a l'orghano vechio e che lo riducessino a chastello e facessino i fiuti, e doue era dentro in chasa, lo riducessino in chiesa chon tutte le perfectioni, al paraghone di ogni orghano di Firenze, e che di quello fussi stimato, auessino auere fior. dieci larghi d'oro in oro ogn' anno insino fussino chompiuti d'essere paghati, chome di tutto appare dua scripte di mano di don benedecto Serragli priore di San Salui, soscripte di mano del sopradecto abbate e ser *piero* e m° *domenicho*, le quali sono infilzate nella filza. Di poi finito hebbono detto orghano, adomandarono d'essere pagati: onde io sopradetto abbate mostrai loro le scripte e tanto voleo observare. Risposono che se

il sopradetto priore non auessi promesso loro che finito l'opera sarebbono paghati, non arebbono fatto quello aueono; e essendo in questa diferenzia, andai al padre generale cholle sopradette scripte e feci chiamare il sopradetto priore e i sopradetti ser *piero* e m° *domenico*, e udito ebbe tutte le parti, chonobbe che per le parole auea detto il sopradetto priore, i sopradetti maestri aueano seguito: onde giudichando il padre generale fussi meglio fare achordo cholloro, che s'auessino a dolere del monastero, chomisse a don placito abbate di San Michele di Siena fussi cholle sopradetti *(sic)* parte a metterle achordo, e in ultimo si chonchordarono che douessino i sopradetti maestri auere di detto organo d'ogni e qualunche chosa fior. cento uentitre, ché allora n'aveano auuti fior: uentitre; sì che si fece douessino auere fior. cento d'oro e per tutto quel dì n'auessino auere fior. 25 e fior. 75 per di qui a dì 10, chome di tutto appare una scripta di mano del sopradetto mes. placito abbate soscripta di mano di don Jeronymo abbate e de' sopradetti ser *piero* e m° *domenicho:* e a dì 30 si paghò al sopradetto m° *domenicho* fior. 75 larghi d'oro in oro e lui ci lasciò la scripta sopradecta, la quale è nella filza, e presente ser andrea di ser agnolo da terra nuova notaio fece rogho, chome il predetto m° *domenicho* facea fine d'ogni e qualunche chosa auessi auuto a fare chol monastero di San Salvi, chosì dell'orghano chome d'ogni altra chosa; promettendo che infra un mese ser *piero* sopradetto retificherebbe a ogni e quelunche chosa si contenessi in detto rogho; oblighoro loro *in forma chamere* cum iuramento e loro redi o beni mobili e immobili presenti e futuri, e oblighoronsi a mantenere i sopradetti orghani temperati per anni tre a ogni loro faticha e quello ui s'avesse a spendere in bisogno di qualche cosa fussi tenuto il monasterio, e a questo obligorono loro e sui redi e beni cum iuramento e *in forma chamere* e sotto pena di fior. 200 larghi d'oro, e oblighoronsi a venire a ogni nostra requisitione, e noi promettemmo che in detti tre anni i sopradetti orghani non sonerebbe Ser Antonio.... nè ser domenicho de' chani, nè francescho.... vaiaio, nè m° lippo di matheo di gorgo: e ogni uolta che i sopradetti ser *piero* e m° *domenicho* auessino monaci di chasa testimonassino che uno de' sopra nominati sonassi o auessi sonato detto orghano, non sono più oblighati a mantenerlo, chome di tutto fu roghato ser andrea di ser agnolo da terra nuova.

N.° 179. 1491, 30 d'aprile

Promessa di M° Niccolò di Mariano da Siena, *abitante in Pistoia di dare finita la pittura della tavola da altare per la chiesa di S. Pietro di Vicopetroso nel comune di Vinci.*

Archivio di Firenze. Sezione notarile.
Rogiti di S. Francesco di Domenico de' Taiuoli da Pistoia. Protocollo dal 1486 al 1492.

Die xxx aprilis 1491.

Cum hoc sit ut infrascripti contrahentes dixerunt, quod presbiter Andreas Marci de Pistorio rector ecclesie Sancti Petri Vichopetrosi de Comuni Vincii comitatus Pistorii ex una parte, et magister *Nicholaus Mariani de*

Senis pictor et habitator ad presen in civitate Pistorii ex parte alia, insimul fecerunt concordiam pro faciendo tabulam altaris dicte ecclesie infrascripto modo, videlicet; quod in dicta tabula esset fighura Virginis Marie sedentis cum eius filio in gremio cum rundinino in manu tenente, et ad desteram eius figura Sancti Petri, et ad sinistram figura Sancti Bastiani, cum basa et capitellis deauratis cum aureo fino: et pro predictis fiendis supradictus presbiter Andreas soluerit dicto magistro *Nicholao* duchatum unum largum et libr: quinque et solidos quatuordecim denariorum pro grano et fabis sibi magistro *Nicholao* datis et traditis per ipsum presbiterum Andream, prout ipse magister *Nicholaus* confessus fuit. Hinc uero supradictus Magister *Nicholaus* volens satisfacere ad quantum obligatus erat, promisit et convenit dicto presbitero Andree presenti stipulanti et recipienti vice et nomine dicte ecclesie, dare et consignare dicto presbitero Andree recipienti pro dicta ecclesia, tabulam actatam pictam et deauratam modo et forma prout supra continetur, et ex pacto et conventione fecerunt per totam diem xxvij mensis Junii proxime futuri, extimationis et valoris floren: sex auri largor: extimandam per magistros artis eligendos, per dictas partes; et facta dicta extimatione, supradictus presbiter Andreas rector predictus teneatur et obligatus sit soluere dicto magistro *Nicholao* pro residuo dicte tabule usque in quantitatem florenor: quatuor auri, computata solutione predicta facta per ipsum presbiterum Andream dicto magistro *Nicholao* de dicto duchato et libris quinque et solidis quatuordecim denariorum, ut superius continetur; et si minus extimaretur per magistros cligendos ut supra, illud minus soluatur. Que omnia et singula etc.

N.° 180. 1491, 14 di maggio

Elezione de' periti per giudicare del prezzo d'una tavola e tabernacolo dipinti da Francesco *di* Giovanni *per la Compagnia di S. Andrea della Veste Bianca nella Pieve di Empoli* (1).

Archivio e Sezione detta.
Rogiti di Ser Bartolomeo dell'arte di Lana. Protocollo dal 1487 al 1491.

1491. 14 di maggio.
Actum Florentie.

Jacobus olim Bastiani Lazari aromatarius de Emporio homo et ut homo societatis Sancti Andree della ueste biancha, que coadunatus in ecclesia plebis Emporii, et vice et nomine dicte societatis et omnium et quorumcumque hominum dicte societatis — ex parte una, et

Franciscus filius emancipatus, ut dixit, *Joannis Dominici,* pictor et civis florentinus — ex parte alia, generaliter omnes eorum lites etc., que essent inter eos vel future essent durante tempore presentis compromissi, pro

(1) Francesco di Giovanni de' Botticini fu pittore di qualche merito; nato nel 1446, e morto nel 1497. Di lui e di Raffaello suo figliuolo parimente pittore, si parla nel commentario alla Vita di Raffaellino del Garbo. V. Vasari. tomo IV, pag. 245, edizione Sansoni.

et occasione mercedis et laboris et expensarum per dictum *Franciscum* adhibitarum et factarum in et super quadam tabula pro altare maiori dicte plebis et, ut vulgo dicitur, apta ad tenendum et pro tenendo Corpus Domini nostri Xhu Xpi, et tam in pingendo et aurando dictam tabulam, quam in aliis quibuscumque expensis factis per dictum *Franciscum* pro hornando et faciendo tabulam predictam, quod ut dixerunt partes predicte, dictus *Franciscus* omnia suis sumptibus fecit, preter lignum et tabulae confectionem ex ligno tantum, quam etiam pro eius labore et mercede, compromiserunt etc., in *Dominicum Tommasii Curradi* alias *Dominicum del Grillandaio* pictorem et *Filippum Juliani* pictorem et *Nerium Bicci* pictorem et *Alexum* olim alterius *Alexii* de *Baldovinettis* pictorem et in quoscumque tres ex eis in concordia, tanquam dictarum partium arbitros etc., informatos et notitiam habentes de litibus predictis. Dantes etc., dictis eorum arbitris etc.. et quibuscumque tribus ex eis in concordia etc., auctoritatem etc., laudandi etc., semel tantum et declarandi pretium dicte tabule, videlicet solum et dumtaxat pretium quod erit solvendum prefato Francisco pro huiusmodi rebus etc. etc. etc.

N.° 181. 1491, 24 di maggio

Deliberazione di finire la pittura della tavola e tabernacolo dell'altare maggiore della Pieve d'Empoli.

Archivio e Sezione detti.
Rogiti di Ser Pietro Ruminelli. Protocollo dal 1490 al 1491.

1491, 24 di maggio.

Actum in Castro Emporii.

